Aegidius

CDEH-

100 – 8 £450

1023/3

Not in BM? or Bodleian?

Goff A. 96

cp

LB



pus excellē-tiſſimi magiſtri Egidij: de vꝛinis et pulſu cum expoſitione clariſſimi magiſtri Gentilis de fulgineo.

Alexandri [illegible]

¶ Carmina de vrinarum iudicijs edita ab excellētissimo domino magistro Egidio cū commento eiusdem feliciter incipiunt.



Iste liber noue institutionis: studiose compositionis artificio ex auctorum scientijs elicitus est et exortus: in quo phisicalis scencie restant archana quia secreta iudicia vrinarum continentur: que quidem quoniam lectoris animum erigit et extollit: nostrorum amicorum instantie inscripsimus. De iudicijs vrinarum et preceptorum traditiones in hoc opere metrice describuntur. Metrica nāq; oratio succinta breuitate discurrens diffinitas specificans alligata est certitudini. Ideoq; cōfirmat memoriam: et corroborat doctrinā. Prosaica vero oratio propria libertate subfugiens conturbat memoriam: et ignorantie parit confusionem. Unde qui debent certa ratione censeri et exemplo commemorationisq; caractere sigillari potius metrice breuitatis affectant compendium: q̄ prosaice prolixitatis dispendium. Fortasse igitur de versibus incompositis et de metri incongruitate nos arguet lector importunus. Sed attendat quoniam phisicalium verborum causa lex est et ratio: q metrice orationis consortium vrine designant: vix enim multo conatu mansuescere vixq; castigari potuerunt quum metrorum legibus arctarentur. Ab hoc autem opere fugiant qui planetici sunt et discursores alienis fecibus imbuti: et a musandino dogmate recedant alieni. Socijs autem nostris domestice fidei quorum gratia hoc opus suscepimus huius noue institutionis offerimus. Diuiditur autem iste liber in duas partes in primam. scilicet et in secundam. In prima igitur parte agit de iudicio vrinarum scd̄m cognitionez colorum et substantiarum. In secunda agit de iudicijs vrinarum secundum distinctionem suorum contentorum.

metrica oro
& psaica

¶ Deriuationem nominis vrine ponit.

Dicitur vrina: quoniā fit in renibus vna.
Aut ab vrith greco: qd̄ demonstratio fertur.
Aut quia qd̄ tangit mordet desiccat ꝛ vrit.
Ut de lacte serū se limpidus eliquat humor.
Si liquor vrine de massa sanguinis exit.
Sanguinis est vrina serum subtile liquamen.
Humorum: quos conficit ars regitiua secundi.
Et princeps operis: dum fit cribratio rerum.
Dum fit ab impuris pure discretio partis.

¶ Dicitur vrina. ¶ Expositio. In libro isto auctor ille intendens doctrinam tradere de vrinis in principio ponit deriuationem nominis. Urina ergo ꝼm sententiam illorum trium versuum deriuatur altera trium deriuatione. ¶ Prima deriuatio est illa. Urina dicitur quasi vna renibus: quia in renibus formaliter generatur quāuis in epate principium ꝛ substantiam assumpserit. Assumit tamen in renibus ꝼm vsum vel quia magis fideliter habet significare super habitudines renum q̄ȝ aliorum membrorum. Hec est ergo sententia primi versus. ¶ Aut aburith. ¶ Secunda deriuatio ponitur in hoc versu: cuius sententia hec est. Urina dicitur ab vrith grece quod est demonstratio latine: quia per ipsam vrinam dispositiōes humani corporis demonstrantur vt sanitas egritudo ꝛ neutralitas: repletio ꝛ inanitio vel media habitudo ꝛ similia. ¶ Aut quia quod tangit. ¶ Hic ponitur tertia deriuatio vrine: ꝛ est talis. Urina dicitur de vro vris: quia habet virtutem vrendi ꝛ desiccādi. Et ideo dicitur valere contra pustulas. ꝛc. sicut expresse scriptum est in commento. ¶ Ut de lacte serum: ¶ Hic ponit quandam similitudinem inter serum ꝛ vrinam vt de ipsius vrine essentia doctrina clarior habeatur. scilicet sicut serum de lacte per grossarum partium expressionem sequestratur ita liquor vrine de massa sanguinea eliquatur. ¶ Sanguinis est vrina. ¶ In hoc loco ponit diffinitionem vrine: que quidem diffinitio assumpta est ab vrinis isaac vrina est colamentum sanguinis ꝛc. ¶ Commentum. ¶ Renibus vna. quoniam formaliter in renibus generatur ꝛ discernitur: licet prius in epate ꝛ substantiam ꝛ colorem accipiat ꝼm habitum: in renibus tamen assumpsit eam.

fini vsum: vel dicitur quia fidelius renum habitudinem denun
ciat q̄z aliorum membrorum: vnde dicitur vrina ab vrith grece
quod est demonstratio interiorum membrorum. Unde cum
certificamur de interioribus: tunc consulimus vrine iudicium
Et dicitur etiam quia habet virtutem desiccatiuam: vnde va
let contra serpiginem ⁊ contra pustulas ⁊ contra virge vlcera-
tionem: ⁊ cum felle accipitris colata per pannum maculam de
let: potata etiam spleneticis confert. ❡ Ut de lacte serum.
❡ Hic notatur similitudo fieri inter serum ⁊ vrinam vt expresse
de essentia similitudinis vrine euidentior compleatur doctrina
sicut autem serum per grossarum partiū expressionem de lacte
excolatur: sic vrina de massa sanguinis eliquatur. Unde Theo
philus quidam vero eam similem sero vocauerit. ❡ Sangui-
nis est vrina. quid sit vrina sic diffinitur in hoc loco. Et est hec
diffinitio que hic assignatur bene consonans diffinitioni quam
ponit Theophilus ⁊ isaac in libro vrinarū: que talis est. Uri-
na est colamentum sanguinis ⁊ aliorum humorum ex actioni-
bus nature natum. Sed est hic notandu; q̄ nō est reuera serū
sed quasi serosa substantia cum sanguine elicata. ❡ Humoru;
quos cōficit ars regitiua secundi. idest virtus regitiua scilicet
secunde digestionis. ❡ Et princeps operis dum fit cribratio
rerum idest sequestratio que sequestratio fit in epate. Flegma-
tica nanq; materia in primo motu ebulitionis generata ad pul
monem emittitur vt in flegma conuertitur. Colerica materia
ad cistim fellis transmittitur. Melancolia deriuatur ad splenē
Sanguinea materia in epate sinceratur ⁊ mūdificatur. Aquo
sa vero substantia idest vrina cum sanguine ad renes deporta-
tur: ⁊ per poros vritides resudat in vesicam.

Poni conditiones vrine.

Quale: quid: aut quid in hoc: q̄ztum: quotiens: vbi: quando. 10
Etas: natura: sexus: labor: ira: dieta.
Cura: fames: motus: lauacrum: cibus: vnctio: potus.
Debent artifici certa ratione notari. 13
❡ Si cupis vrine iudex consultus haberi. 14
Quattuor ex primis cum precipue dominentur. 15
Debet iudicij potior sententia sumi. 16

Integritas lapsus vitium virtus minus aut plus.
Et status hijs medius sit ab hoc examine certus.

¶ Expositio breuis. ¶ Quale: quid Hic ponit conditiones q̄ requiruntur ad verū iudiciū vrinarum vt manifeste declaratur in commento infra. ¶ Quattuor ex primis. Hic ostendit quas conditiones medicus debet precipue considerare. Et dicit ꝙ primas quattuor conditiones medicus primo ꝛ principaliter attendere debet. scilicet ad qualitatem: substantiam: quantitatem: ꝛ ad contenta: quia ex istis quattuor conditionibus cū sint substantiales vrine sumitur melior sententia in iudicando. ¶ Integritas. Hic ostendit vtilitatem que habetur ex iudicio vrinarum dicens ꝙ per iudicium vrine cognoscit medicus sanitatem hominis. egritudinem et neutralitatem: fortitudinē virtutis ꝛ debilitatem: inanitionem ꝛ repletionem: ꝛ habitudinem mediocrem: ꝛ hec est vtilitas que habetur ex iudicio vrine. ¶ Commentum. ¶ Quale: quid. Formam inscriptionis vel speculationis declarat sibi. In hoc enim loco declarat ꝛ ostendit que sunt in iudicio vrine consideranda. Habenda enim est consideratio coloris substantie quantitatis ꝛ contentorum. Et iste sunt naturales vel substantiales ꝛ intrinsice considerationes que ex ipsa vrina perpenduntur. Sunt ꝛ alie quedam accidentales vel extrinsice que ex proprietatibus substantiarum eliciuntur vt ex etate complexione ꝛ alijs que secuntur. ¶ Quale. Refertur ad qualitatem idest ad colorem. ¶ Quid. Refertur ad substantiam. Diuersificatur igitur substantia in tenuitatem ꝛ spissitudinem ꝛ mediocritatem. Tenuitas in omnimodam tenuitatē: et in mediocrem et tenuem: spissitudo in omnimodā spissitudinem ꝛ remissam diuiditur. ¶ Quid in hoc. Spectat ad differentiam contentorum. ¶ Quātum. Pertinet ad quantitatem. ¶ Quantitas enim diuiditur in multitudinem: mediocritatem ꝛ paucitatem. ¶ Quotiens. Pertinet ad numerum effusionis vel inspectionis: scilicet vtrum semel: vel pluries sit effusa vrina. Nam ex frequentia vel raritate effusionis plurimum instruimur ꝛ ex frequentia speculationis plenius certificamur. ¶ Ubi refertur ad locum collectionis que

colligi debet in vase vitreo claro ad modum vesice facto vt ex va
sis qualitate omnes partes vrine se visui fideliter ostendantur
¶ Ubi. Etiam refertur ad locum inspectionis: quia de/
bet inspici in loco non nimis radioso nec obscuro. Et si ra/
dius sit ante oppositus opponenda est manus: vt fiat melius
discretio contentorum et ne radiositate visibilis spiritus ha/
beat disgregari. ¶ Ubi. Potest etiam intelligi depositione
contentorum. scilicet vtrum contenta in summo teneant locum
in vrina vel medium vel infimum. ¶ Quando. Refertur ad
tempus effusionis quod est in hora matutinali: celebrata dige/
stione. Tunc enim fidelior est ⁊ est nuncius certus interiorum
membrorum vel. ¶ Quando. Refertur ad tempus inspectio
nis: statim namque est inspicienda. Et si affuerit opportunitas
post eius residentiam vase obturbato secundo vel tertio est in/
spicienda. Multotiens namque mingitur tenuis ⁊ postea inspis/
satur ⁊ econuerso: multotiens tenuis et remanet tenuis: vt in
Theophilo legitur. ¶ Etas. Quia alia debet esse in puero
alia in sene ⁊ alia in iuuene iuxta intentionem vel remissionem
caliditatis. ¶ Natura. Scilicet quantum ad complexionem
In colerico namque debet esse citrina ⁊ tenuis. Citrina ex cali/
ditate. Tenuis ex siccitate. In flegmatico debet esse discolorata
aliquantulum spissa. In melancolico debet esse discolorata et
tenuis. In sanguineo colorata ⁊ mediocriter spissa. ¶ Sexus.
Ad differentiam inter marem ⁊ feminam. ¶ Labor. Per
tinet ad exercitium corporis. Ex labore namque cum calefiat cor
pus coloratur vrina. Per laborem intellige ⁊ eius contrarium.
scilicet quietem. ¶ Ira. Pertinet etiam ad perturbationem
eius anime vnde mutatur vrina. ¶ Dieta. Quantum ad mi
nistrationem sex rerum non naturalium ex quibus omnibus
variatur vrina. ¶ Cura. Quantum ad sollicitudinem et tristi
tiam. ¶ Fames. Quantum ad indigentiam ⁊ potus ⁊ cibi ⁊
ieiunij. ¶ Motus. Quantum ad quantitatem exercitij quo/
niam in quodam exercitio plus mouetur corpus ⁊ in quodam
minus. ¶ Lauacrum ad differentiam balneorum. Nam ex balneo
sulphureo vel marino vrina coloratur et ex balneo aqua dulcis
discoloratur. ¶ Cibus. In qualitate ⁊ quantitate immutat vrinam

Quantitas multitudinis ciborum discolorat ꝛ crudificat vrinã suffocando calorem naturalem. Paucitas ciborum intensam reddit inducendo siccitatem ex cuius lima acuitur calor. Qualitas autem si calidus frigidus humidus et siccus. ꝛ etiam si substãtia subtilis vel grossa aut mediocris. ¶ Unctio. Quantum ad vnguenta: vt si vnxerit se oleo laurino vrina intenditur vel marciaton: vel oleo iusquiami. vnde calor remittitur vel intenditur. ¶ Potus. Sua enim quantitate qualitate substãtia ꝛ colore immutatur vrina: quãtitate si multum biberit vel parum: qualitate. Si multum fuerit calidus vel frigidus. et similia. Substantia si fuerit stipticus vel diureticus. Ex subtili nanqꝫ potu ꝛ diuretico multiplicatur vrina. Ex stiptico ꝛ spisso mutatur ꝛ minuitur. Colore: vt si fuerit vinum rubeum vel album. ꝛc. Huiusmodi enim consortium tingit vrinam ꝛ eam reddit sanguineam. Decoctio reubarbari ꝛ croci reddit eam croceam. ¶ Debent artifici. Idest medico consulto ꝛ discreto ¶ Quattuor exprimis. Idest quattuor consideratis que diximus substantialia. ¶ Integritas. Hic declarat que vtilitas habeatur ex iudicio vrinarum. ¶ Integritas. Quantũ ad sanitatem. ¶ Lapsus. Quãtum ad egritudinem vel neutralitatem. ¶ Vitium. Quantum ad imperfectionẽ operationum. ¶ Virtus. Quantum ad perfectionem. ¶ Minus. Quantum ad minutionem. ¶ Plus. Quantum ad repletionem. ¶ Status. Quãtum ad mediocritatem. ¶ Ab hoc examine. Idest iudicio vrine.

Ostendit quot sint vrinarum colores.

Bis deni vrinam possunt variare colores.
Quos ex subscriptis poteris perpendere formis.
Nigrior vrine facies incommoda febris.
Quartane soluit: mortem portendit ꝛ vrit.
Si niger ad fundum residens se deprimat humor.
Matrix purgatur multi sentina fluoris
In febre fert mortem nigra fetida pauca pinguis.
Vesice vitio prorsus renumqꝫ remoto.

¶ Expositio. ¶ Bis deni. &c. Postquaz auctor docuit nos in generali conditiones que sunt attendende in iudicio vrinarum et quid sunt. hic prosequitur de vna conditione. scilicet de qualitate ostendens quot sunt colores vrinarum dicens quod sũt Viginti. Sed qui sint inferius declarabitur. ¶ Nigrior vrine. Hic prosequitur de coloribus vrinarum: et primo de colore nigro. Sententia istorum duorum versuum est hec. Vrina nigra in colore tria significat. Vnum. scilicet solutionem et liberationem a febre quartana: et maxime si sit multa in quantitate. Alterum est quod significat mortificationem caloris naturalis: et tunc est nigra quadam nigredine circunfusa: et tunc precessit color liuidus. Tercium est quia significat vltimatam adustionem et talis nigredo est sicut cornu lucidum: et tunc precessit color viridis. ¶ Si niger ad fundum. Hic ponitur alia regula de nigro colore: et solum pertinet ad mulieres que talis est. Quotiens apparebit tibi vrina nigra cum nigro sedimine significat purgationem menstruorum quia humor niger et melancolicus effunditur in vrina et ipsam denigrat. Et est notandum quod talis vrina per residentiam attenuatur superius et inferius inspissatur. ¶ In febre fert mortem. &c. Alia ponitur regula de nigro colore. Quociēscunqz in febre accuta appareat vrina nigra in colore: pauca in quantitate: fetida in odore: vnctuosa in substantia: tunc potes proculdubio mortez iudicare. Renum tamen et lumborum iudicio circunscripto: quia si esset vitium in renibus aut in vesica minus esset vrina suspecta. Vnde talis vrina potest apparere ex passiōe in renibus aut in vesica. ¶ Commentum. ¶ Bis deni vrinam In hoc capitulo distinguuntur quot sint colores vrinarum. Sunt aũt viginti. Et est multiplex colorum descriptio vel distinctio. Quedam nāqz fit colorum distinctio secundum qualitates. Alia secundum naturam digestionis et decoctionis. Tertia secundum proprietates humorum Secundum qualitates fit hec distinctio colorum: quoniaz alij sunt intensi: alij mediocres: alij remissi. Remissi omnes iudicantur a subcitrino inferius. Sed intensi omnes a ruffo superius. Mediocres sunt citrinus et subcitrinus. ruffus et subruffus in quadam complexione. Secundum naturam decoctionis fit hec distinctio colorum: quoniam alij significāt mortificationem vt niger viridis et liuidus. Alij significant indigestionez vt albus

lacteus glaucus et Karopos. Aliꝗ principium digestionis sed
non perfecte vt subpalidus subcitrinus pallori vicinus. Aliꝗ
perfectam digestionem vt citrinus ruffus ⁊ subruffus. Aliꝗ ex
cessum digestionis vt subrubeus rubeus subrubicundus ru-
bicundus. Aliꝗ adustionē significant vt inopos ⁊ Kianos. A-
liꝗ super adustionem et mortem: vt viridis ⁊ niger. Si vero obiꝗ
ciatur ꝙ a nigro colore incepimus ⁊ in eodem terminabimus.
Respondeamus ꝙ aliud est niger color qui fit ex mortificatiōe
que fit propter frigiditatem et caloris extinctionem. Aliud est
quo fit ex summa ⁊ vltima adustione: ⁊ ideo secundū diuersita-
tem causarum distinguenda est diuersitas effectuū. Distin-
ctio secundum humores euidens est. Nam quidam colores si-
gnificant coleram: quidam sanguinem. Aliꝗ melancoliam. Aliꝗ
vero flegma. Sed ad significandum humores debet fieri coniu
gatio colorum ⁊ substantiarum. Primo ⁊ vltimo exequitur au-
ctor de nigro colore vt fiat processus de coloribus significātibꝫ
mortificationem vel frigiditatis intensionem ad colores signi-
ficantes adustionem per colores significantes mediocritatem.
⁊ sic ab vna extremitate rationabiliter procedit ad aliam extre-
mitatem. ¶ Bis deni. Idest viginti qui ergo colores sint de-
terminandum est inferius. ¶ Quos. Idest colores. ¶ Ex sub
scriptis formis. Idest regulis. ¶ Nigrior vrine. ⁊c. Quartane
soluit. In hoc capitulo agit de nigro colore ratione predicta
Niger autem color in vrina tria potest significare aut frigidita
tem. scilicet mortificantem. et tunc debet esse vrina nigra cum
quadam caligine circunfusa propter naturalis caloris extincti
onem: et tunc precessit liuidus color. Aut significat adustionē
completam ⁊ vltimatam: et tūc debet esse lucida sicut cornu lu
cidum nigrum quemadmodum apparet circa facies ethiopū
quibus propter adustionem quedam luciditas in facie attrahi
tur ex sanguinis adustione ⁊ vnctuositate ad faciem attracta.
Viriditas etiam procedens est signum manifestū ꝙ succedēs
nigredo fiat ex adustione sanguinis. Significat autē niger co
lor in vrina ⁊ maxime in febre quartana: si multa fuerit in quā-
titate: quartane solutionem: ⁊ melancolici humoris purgatiōē
Melancolica nāqꝫ materia nigra est et terrestris ⁊ sui commix
tione denigrat vrinam. Multam ideo dixi quia ex purgamento
multo debet multiplicari vrina. Et ideo si pauca appareat suf-

pecta est. Littera plana est. ¶ Soluit. Idest solui significat. ¶ Mortem ptendit Idest significat mortificationē ex frigidita te intensa liuore precedente. ¶ Adurit. 7c. Idest adustionem significat pcedente viridi. ¶ Si niger ad fundum. 7c. Alia regula de nigro colore datur: 7 est accommodata mulierib9 7 nō ad alia subiecta euagatur. Urina nāq3 nigra cum nigris sedi minibus in fundo apparentibus significat purgationem menstruorum ex eruptione nigri et melācolici humoris. Unde tota vrine facies quadā denigratione respergitur: sed talis vrina per residentiā inspissat superius et attenuat inferius. ¶ Matrix purgatur. Idest purgari significat ¶ Sentina. Idest lacuna idest receptaculum. Sicut eñ ad sentinā nauis discurrūt omnes superfluitates: ita ad matricem quasi ad quandā3 sentinā mulieris corporis deriuantur superfluitates. ¶ In febre fertiz Alia pōitur regula de nigro colore. Urina nigra in colore pauca fetida 7 vnctuosa nihil mali vesica habente proculdubio mortem significat circunscripto vitio renum 7 lumborū3. Et ideo dixi q talis potest apparere ex vitio renum vel lumborū3: 7 tūc minus erit suspecta. Et hanc regulam eligimus a theofi. in capitulo de fetida in fine sui operis. Dicit enim ibi. Urina in febre accuta nigra fetida pinguis nihil mali vesica habente significat mortem. Et subiungit. Urina odorem habens grauem significat mortificationem: et putrefactionem. In febre accuta fert mortem. idest significat mortificationem. Nigra ex mortificatione: fetida ex corruptione. pinguis. idest oleagina ex pīguedine 7 substantialis humiditatis vel humidi eliquatione.

¶ De vrina nigra que nigram habet nubem.

Multa die cretico: quam nigra et pendula nubes.
Largius obfuscat sedimenq3 natatile turbat.
Auribus oppressis turbata pace soporis.
Sanguineum fluxum signat de nare futurum.
Sed si signa necis concurrant siue salutis.
Judicio mortis damnat vel liberat egrum.

¶ Expositio. ¶ Multa die. Hic ponit auctor aliam regulam

de vrina nigra. Et non solum intelligitur vrina illa que p to/
tum est nigra: sed etiam illa que habet nigram nubem. Ista
est ergo regula. Quandocunq; videbis vrinam nigram vel
subnigram in colore multam in quantitate cum ipostasi nigra
excelsa aut natali apparente in die cretica superueniente in fe/
bre causone cum vigilijs et aurium surditate tunc scias q cri/
sis futura est per fluxum sanguinis ex naribus ad salutem vel
mortem. Ad salutem in concurrentibus bonis signis ad mor
tem concurrentibus signis malis. Rationes illorum in com/
mento ponuntur z preterea hic sufficiant. ¶ Commentum.
¶ Multa die. Alia ponitur regula de vrina nigra vel subni/
gra. per vrinam nigram vel subnigram non tantum intelligi/
mus illam solam que per totum nigra est: sed etia; illã q̃ nigra;
habet nubem: vel nigrum vel subnigrum eneorima ex quo faci
es vrine denigratur. Est ergo talis regula Vrina nigra vel
subnigra multa in quantitate apparnes. et cum ipostasi nigra
z excelsa et natatili forma; tenens eneorimatis in die cretico su
perueniens in febre causone cum vigilijs et surditate significat
crisim futuram per fluxum sanguinis a naribus ad salutem:
si laudabilia signa concurrant. Sed ad mortem si in laudabilia
¶ Multa die. Per hoc q multa vrina fuit in die cretica signi
ficatur q natura mouetur in die crisis deputata ad purgandã
materiam: et fuit fortis ad purgandam materiam per vrinam
et ideo fuit multa. Quod autem eneorima fuit pendens in me
dio per hoc significatur motus et dispositio materiei. q vero ex
celsum est eneorima indicatur leuitas eiusdem q autem nigra
significatur nimietas feruoris conuertentis materiam in quã
dam adustionem. Sed adustio non nimis violenta demonstra/
tur: cum eneorima est natatile et excelsum. Nam si esset violen/
ta et vltimata adustio: humiditatem depasceret et nihil resolue
ret: et totam ventositatem consumeret que consumpta potius
fieret ipostasis subsidens quam excelsa. Nota q vrina mul/
ta turbosa in die septima adueniens significat solutionem. zc.
solutionem breuem. Pauca vero signignificat morte; in die sep
tia. In eo q adsunt vigilie z surditates superuenerint demon/
stratur q materia ignitur z accuta resoluta in fumum ascen/
dit ad caput et vigiliarum inquietudinem et auditus impedi/
mentum inducit. Et ipsa materia cu; sit accuta z penetratiua

frangit venulas narium et per eas erumpens ad fluxum san-
guinis de naribus prouocandum mouendo et meatus reseran-
do laborat. Eadem materia sua siccitate et accumine suo desic-
cans cerebrum insaniam inducit. Eadem quoque materia per
poros egrediens neruos in transitu suo pungit et mordicat et
rigorem facit: perueniens etiam ad cutem eam mollificat et su-
dorem inducit. Inde est quod dicit isaac in libro vrinarum. Vrine
nigre vel subnigre eneorimata habentes excelsa significant cri-
sim fieri cum rigore et sudore. Vrina multa et nigra cum sudo-
re et vigilijs, subueniente ipostasi nigra et natatili sanguineum
fluxum significat a naribus. Eadem cum laudabilibus signis
morbi solutionem portendit. Vnde Theophilus in libro vrina-
rum dicit vrine nigre eneorimata habentes excelsa significant
crisim futuram cum rigore et sudore et insania. Et quandoque
fluxum sanguinis de naribus. Inde est quod dicit Ipocras in
quarta particula amphorismorum. A causone habito rigore su-
perueniente solutio fit. idest rigor superueniens soluit egritudi-
nem. De vrina nigra dicit Ipocras in epidimijs, impossibile est
sanare infirmos in quorum vrinis dominatur nigredo: nisi in
quibus vrine exeunt secundum crisim. Idem in eodem. Si auferatur
menstrua mulieribus vrinis nigris superuenientibus sanan-
tur. Item Gallienus super epidimias. Ipocras dicit quod si aliquan-
do infirmus in principio morbi facit vrinam nigram cum signis
molestis et terribilibus et tamen sanatur si contingat eius vir-
tutem esse constantem: et facilem anhelitum. Item quandoque in
morbi initio vrina nigra venit cum timore accidentium et perma-
net vsque in diem nonam. Sed postea veniente vrina nigra cum
ipostasi alba virtute se expediente decoctionem morbi significat
et egri. Salutem hoc et c. Hoc certum est secundum Ipocratem in libro
amphorismorum. scilicet secunda particula vbi dicit. Acutorum
morborum non omnino certe pronosticationes sunt neque sani-
tatis neque mortis. Sed constanter scias vt dicit Gallienus quod
significatio non concomitatur laudabilis. Si angustia anheli-
tus et sudor in solo capite: et alienatio mentis et ablatio desiderij:
tunc scias quod manifesta ruina nature et corporis egri periclitatio
declaratur. ¶ Nota quod dicit Theophilus in vrinis quod vrina in fe.
causone. Si nigram nubem habuerit significat transmutari in
quartanam. per nigredinem significat adustionem materie: per

nubem ventositas declaratur: et etiam ꝙ non sit tanta adustio quin aliquantulum de humiditate remaneat: que resoluta in ventositatem: sedimen eleuat in nubem. Materia igitur causo-nis expulsa a vasis ad fontes putrescit in eis ⁊ quartanam inducit. Littera plana est hijs expositis

¶ Ostendit cum qua substantia conueniat niger color.

Congrua mixture cum spisso federa seruans.
Subtilis coitum refugit nigredo liquoris.
Ut tenuem tolleret: qui non sibi concolor heret.
Impetrat euentus: casusq; facit violentus.
Non obstrussa parum deductio clausa viarum.

¶ Expositio. ¶ Congrua. In hoc capitulo demonstrat auctor de nigro colore cum qua substantia conueniat copulari naturaliter. Sentētia istorum quinq; versuum breuiter talis est. Niger color naturaliter cum spissa substātia commiscetur: sed cum tenui nunq̄ commiscetur: et ratio est: quia vbi est nigredo ibi est obtenebratio ⁊ obscuritas: que contingit ex perturbatione partium ⁊ ingrossatione: ⁊ ideo merito cum grossa substantia sociatur: sed cum tenui non quia tenuitas contingit ex partium raritate: ⁊ nigredo vt dictum est ex perturbatiōe partium ⁊ illa sunt contraria. Et ideo se insimul non paciuntur. Et hoc intelligendum est naturaliter quoniam accidentaliter niger color cum tenui substātia aliquotiens copulatur. Sicut vrina nigra spissa in substantia per loca opilata transiens est stricta tunc ratione opilationis loci a sua grossicie spoliatur. Et sic remanet tenuis. Et hoc est quod auctor intendit. ¶ Cōmentum. ¶ Congrua mixture. In hoc capitulo demonstratur cui substantie sit coniugalis niger color naturaliter. Et dicit ꝙ cum tenui substantia nigrum colorē impossibile est cōiugari. Et hoc idem testatur isaac in libro vrinarum de cuius fonte hanc doctrinam habuimus. Ubi nanq; est nigredo ibi tenebrositas ⁊ obscuritas que habet contingere ex perturbatio-

ne partium: ideoq3 vbi est tenebrositas: non potest esse tenuitas que contingit ex partium raritate. Inde est ꝙ nigredo non pōt copulari naturaliter cum tenui substantia. ideo dixi naturaliter quia quandoq3 recipit copulationem cum tenui substantia ex accidenti sicut propter enfrasim vrine vt quando vrina naturaliter nigra transit per locum vbi est enfrasis: quia in loco opilationis remanet grossicies. Et vrina a spissa substantia spoliatur: ⁊ quandam tenuitatem assumit. Item vrina nigra significat intensionem sanguinis ⁊ sue humiditatis naturalis consumptionem ex intentione ignei caloris: vel ex intensione calidi naturalis. vel ex congelatione ex frigiditate nimia vel propter humores melancolicos ſm crisim expulsos: quibus omnibus vrine substantia inspissatur. Ex intensione sanguinis ꝓpter nimiam ebulitionem: ex congelatione ꝓpter nimiam frigiditatē et ex purgatione materie melancolice ſm crisim propter substantie terrestreitatem commixtam cum vrina. Et ideo non potest coniungi niger color cum tenui substantia.

¶ De liuido colore.

Liuida si fuerit: vel liuor particularis.
Uel totalis erit: per totum liuida membrum.
Aut membri monstrat humorem mortificari.
Aut sursum liueus varijs accommoda causis.
Paruus emitriteus medius morbusq3 caducus.
Aschlites sinodochus vene ruptura catarus.
Strangurie lapsus: matricis passio fluxus.
Coste pulmonis vitium dolor articularis.
Consumptiua ptisis vis extinctiua caloris:
Sint tibi liuoris cause quas collige signis.

¶ Liuida si fuerit. ¶ Expositio. Superius auctor determinauit de nigro colore hic determinat de liuido qui est via et inchoatio ad mortificationem ⁊ caloris naturalis extinctionem. Et ideo liuidus calor non differt a nigro nisi ſm remissionem mortificatōis. Vñ sentētia illoꝝ duorū versuū breuiter est hec Liuidus color .i. plūbeus: aut ē ſm totā substātiā vrine aut ſm

partem videlicet in superiori parte vrine. Si fm totã substantiã vrine. tunc aut facit residentiam z tunc inferius inspissatur et superius subtiliatur z clarificatur: tunc scias qp talis vrina per totum liuida talem residentiam faciens significat humorum mortificationem. Aut nullam facit residentiam: z tunc non solum significationem in humoribus esse infixam: sed in membris radicatã z hoc est quod intendit. ¶ Aut sursum liueus. Hic determinat de colore liuido apparente in superiori parte vrine dicens qp quandocunqz apparebit tibi in colore liuids in superiori parte vrine: significat egritudines varias z diuersas vt puta paruum emittriteum z medium z epilesiam z alias sicut in commento declaratur. ¶ Commentum. ¶ Liuida si fuerit.
Post nigrum colorem agit auctor de liuido colore quia significat preparationem z incohationem z inultimationem mortificationis z non differt a nigro nisi in remissione malicici. ¶ Liuidus autem color in vrina alius est totalis qui totam occupat vrinam. Alius est particularis qui partem superiorem tantuz inficit. Totalis liuiditas aut significat mortificationem humoris z non membri. Aut significat mortificationem humoris et membri: aut membri z non humoris. Si igitur significat mortificationem humoris z non membri: tunc vrina debet per residẽtiam inspissari z liuiditatem retinere: superius autẽ clarificari z ab infectione humoris recedere. Si humoris z membri: nulla residentia vrine vel humoris potest aboleri. per quod significat mortificationis vicium non tantũ in humoribus esse fixũ. Sed in membris esse radicatum: hijs cognitis littera plana est. Aut rursus liueus. ¶ Premisit auctor de totali liuiditate. Nunc de particulari subiungit. ¶ Varijs accommoda. Idest deputata ad varias z diuersas passiões. ¶ Paruus emittriteus Notandũ est qp particularis liuiditas ex multis causis potest prouenire: quia quandoqz ex mortificatione propter caloris naturalis extinctum: sicut in emittriteis vel ex humorum perturbatione sicut est in fluxu ventris: z tunc vrina debet esse pauca: cuz quibusdam humoribus z oblongis resolutionibus: cum quadaz essentie impuritate: quod habet fieri quia terrestria z aquosa commiscentur sibi vnde liuidus color succendit. Quandoqz vero fit liuidus color ex spiritualium passione sicut in pleuresi. per bipleumonia. empimate z ptisi. Pacientibus namqz mem-

bris spiritualibus mēbra nutritiua. scilicet stomachus ꝛ epar compatiūtur eis. Trasmittunt ergo spiritum ꝛ naturalem calorem ad iuuamentum eorum. Unde spiritu ꝛ naturali calore depauperata frigescunt. vnde ex debilitate caloris ꝛ impuritate secūde digestionis: cū transit eius superfluitas. scilicet vrina quandam contrahit liuiditatem. Uel aliter in pleuresi vel peripleumonia multa est collectio materiei superflue spiritualia opprimentis: quandoqꝫ etiam naturalis calor insaniosam humiditatem transducere contendit: ꝛ aliquid puluerulentum ꝛ contagiosum de mala materia per venam deriuatur ad epar: ꝛ sanguinem inficit ꝛ spiritus corrumpit. Unde vrina cum infectione spirituum ꝛ sanguinis superius liuescit. Et si queratur quare liuescit potius superius q̄ꝫ inferius. Respondenduꝫ est sic scilicet ꝙ fumositates ꝛ vapores cū vrina emissi cum sint corpora aeria leuia superius habent motum: ꝛ vbi magis habitant ibi ostendunt suam infectionem. Fit quandoqꝫ liuiditas in epilempsia cum quadam plumbeitate in circulo que significat infectionem spiritualium ex passione animatorum membrorum in sinocho etiam liuescit vrina propter sanguinis corruptionem. Sanguine enim corrupto multum inficiuntur spiritus. Liuescit etiam in aschlite propter digestiōis secunde corruptelam ꝛ humorum impuritateꝫ in ruptura chilis vene ꝛ in omni effussione sanguinis liuet vrina propter humorum perturbationem: in stranguria ꝛ in catarro ꝛ in arthetica nō est vrina ex per liuiditatis quod contingit ex spirituum infectione per loca pacientia transeuntium ꝛ ex humoribus quos contingit perturbari ꝛ corrumpi vrine sortiuntur maculam liuiditatis. idest recipiūt. Et in passione matricis liuet ꝓpter eandē cām: precipue cum matrix sit lacuna ꝛ sentina omnium superfluitatuꝫ ꝛ hoc est quod dicit. ¶ Paruus emittriteus. ¶ Tres sunt species emittritei de quibus alias sufficienter dicetur. Morbus caducus. Qui alio nomine appellatur epilepsia. ¶ Aschlites .i. tertia species idropisis ꝛ dicitur ab aschi quod est vter quia in ea vēter repercussus resonat in modum vtris semipleni. ¶ Sinocus. Febris est continua de putrefacto sanguine intra venas. ¶ Uene ruptura. Sicut chilis vel alterius vene. ¶ Catarrus. Fluxus humorum a capite descendentium. ¶ Strāgurie. Cum fit opilatio vesice vel ex humore collecto vel ex

epate. ¶ Matricis passio. Ut si patiatur matrix ex inanitione vel ex aliqua precipitatione vel distensione secundum superiorem partem vel ex declinatione super latus dextrum vel sinistrum vel vertebrum. ¶ Fluxus scilicet ventris. ¶ Coste. Quantum ad pleuresim. ¶ Pulmonis. Ex vitio pulmonis liuet vrina tribus de causis. scilicet ex stillicidio reumatis. vnde circulus est reumaticus et granulosus et dolorem circa spiritualia patitur ex repletione: et tunc sentitur grauitas et pondus circa spiritualia et dolor partis sinistre. Patitur etiam ex compressione stomacho vel a splene vel matrice vel epate. vnde aliquid extorquetur a spiritualibus ex sui compressione quod lapsum est ad gibbum epatis et inde per capillares venas ad vesicam et vrinam inficit. Et distinguitur talis liuiditas per tumorem membrorum compressorum tumorem facientium. Ex vitio epatis liuet vrina tribus de causis. ex repletione. ex opilatione: et ex debilitate virtutis. Quando vero liuet ex repletione tunc distinguitur quod vrina spissa est et pondus sentitur in dextro ipocundrio et dolor Ex opilatione liuet vrina et tunc debet esse intensa: tamen mediocriter spissa. vnde vrina inopos tria significat vel opilationem epatis vel maiorem vel minorem emitriteum. In ruptura vene debet esse hec causa. scilicet distinctio circa epar. Ex debilitate liuet vrina quando infrigidatur epar et impuri humores et fumi generantur. Unde coloratur vrina: sicut in idropico. Ex vitio intestinorum liuet quattuor modis: vel ex fluxu ventris: vel ex emoroidibus: vel lumbricis: vel ex illiaca passione vel colica. Quando est ex fluxu ventris tunc fit tribus modis. scilicet ex nimia et continua humorum discursione in colon ex quibus aliquid corrumpitur ex calore naturali. Et ipso quidem corrupto in colon resudat et insidet in collum vesice et inficit vrinam. vnde liuet quod distinguitur quia tunc vrina turbulenta est et intensa. Ex sanguine si magnus est fluxus. Ex emoroidibus manifestum est. Ex lumbricis qui contenti sunt in intestinis et in voluti in flegmate quod est eorum materia cuius flegmatis corruptio in vesicam redundat et inficit vrinam quod distinguitur ex remissa vrina et spissa et albis et longis resolutionibus ex frigiditate condensante illas vel ex colore lumbricorum. Et ex illiaca vel collica passione liuet vrina quod distinguitur extorsione illarum partium. Ex vitio matricis liuet vrina tribus

de causis: vel ex humoribus vel ex fluxu menstruorum vel ex retentione ipsorum. Si ex humoribus tunc distingue. quia vrina est spissa et remissa et corpuscula sunt liuentia in modum loture amidi per vrinam diffuse. Grauedo circa partes illas sentitur Ex fluxu menstruorum liuet vrina vt in emoroidibus. Ex retētione etiam menstruorum ex quorum impuritate inficitur vrina. Ex vitio vesice liuet vrina tripliciter: opilatione: excoriatione et ruptura. Si ex ruptura manifeste distinguitur quoniam vrina spissa et pondus circa pectinem sentitur. Si ex opilatione vel calefactione vel ex humore vel a cancro vel ficu. Si ex coriatione: furfura minguntur et quandoqz mingitur sanguis. Ex vitio sinthomathum liuet vt in arthetica propter stillicidium. Et in emittriteis ex duplicitate materiei. Ex perturbatione humorum vt in continuis. Ex apostemate spiritualium: vt in pleuresi et empimate liuescit: ex adustione. Nam aeris partibus et subtilibus euolantibus remanent terrestres et grosse vnde liuet ex frigiditate. ¶ Dolor articularis. Idest passio. ¶ Consumptiua ptisis. Idest que fit ex vlcere pulmonis. ¶ Vis extinctiua caloris. Idest mortificatio vt in medio emittriteo et in maiori. ¶ Liuoris cause quas. Scilicet causas. ¶ Collige. Idest perpende o tu medice signis scilicet specificantibus per collectionem aliarum circunstantiarum.

Specificatio per alias conditiones de liuido colore.

Paucula vi[..]micta liueus oleagina mortem.
Stranguriam monstrat liuida pauca frequens.
Liuida cum granis seiunctis atqz minutis
Constanter loquitur spirituale malum.
Liuiditas arbomosa malum probat articulare.
Est quoqz reumatici nuncia fida mali.
Vertebra si matrix compresserit aut diafragma.
Inficit vrine liuidus ora color.

¶ Expositio. ¶ Paucula. Superius dixit auctor q liuidus color apparēs in superiori pte vrine habet significare supra varias: et diuersas causas. Hic specificat p alias cōditiōes adiūctas

et fm̄ hoc ponit regulas: quarũ prima talis est. Quotienscũq3 videbis vrinam liuidam in colore cum difficultate mictaȝ paucam in quantitate: ⁊ oleaginosam ⁊ vnctuosam potest tunc mortem proculdubio iudicare. Et nota q̄ liuiditas prouenit: vt dictum est: ratione mortificationis: cum difficultate auteȝ micta prouenit ratione desiccationis meatuum ⁊ viarum. Pauca ratione cõsumptionis membrorum: vnctuosa ratione liquefactionis pinguedinis. Talis ergo vrina significat mortem. ¶ Stranguriam. Alia regula talis vrina liuida pauca ⁊ frequenter micta significat stranguriam: rationes declarantur in commẽto. ¶ Liuida cum granis. Alia regula. Vrina liuida apparens cum granis minutis ⁊ separatis frequenter significat in membris spiritualibus passionem. ¶ Liuiditas. Alia regula. Vrina liuida cum resolutionibus athomosis significat in articulis passionem ¶. Est quoq3. Dicit q̄ hec eadem vrina cum resolutionibus athomosis significat fideliter fluxum humorum ex reumate. ¶ Vertebra. Alia regula. Vrina liuida in superficie vrine significat compressionem matricis super alterum vertebrorum: aut compressionem diafragmatis: ⁊ hoc est quod dicit de liuido colore. ¶ Commentum. ¶ Paucula. Hic ponuntur specificationes predictarum causarum quomodo determinari habent ex aliis circũstantiis. Liuor nanq3 particularis ⁊ vniuersalis non determinant passionẽ nisi collectione facta aliarum actionum vel occasionũ: sed ex aliis adiunctis est magis veridicus. ¶ Paucula. Ex membrorum consumptione quod est signum vehementie caloris membra consumentis ⁊ humorum materiam depascentis. Unde consumpta humiditate: ⁊ succositate pauca remanente: et redundante ad epar vrina non potest multiplicari. ¶ Vix micta. Ex meatuũ desiccatione: ⁊ vrine indigentia. ¶ Liueus. Ex mortificatione vicinante vel mediante. ¶ Oleagina. Idest vnctuosa ex pinguedinis eliquatione: talis inq3 vrina mortẽ significat. Hec supradicta vrina si liuidã: cum paucitate ⁊ frequẽtia significat strãguriã. ¶ Strãguria est guttatim vrine effusio ex opilatione colli vesice: vel eiusdem accuitate. ¶ Liuida est in stranguria: quia spiritus trãseunt per locum opilationis. ⁊ ideo trahit infectionem liuoris ex corruptis humoribus. ¶ Pauca est propter emfrasim. Idest opilationem grossorum humorum:

oleagina

qd sit - Straguria

emphrasis qd

et viscosorum: vnde non potest vesica sufficienter se exonerare in vna vice ex vrina. Defectum autem quantitatis supplet frequentia effusionis: et ideo pauca est: et frequenter micta. ¶ Cū granis. idest in circulo manentibus: ⁊ in vrina residente permanentibus. Nam si statim euanescerent tunc potius ex alia causa fieret: q̄ ex causa reumatica. ¶ Minutis .i. in puis quātitate. ¶ Spirituale malum. scilicet passionem spiritualium membrorum ⁊ thorasis. ¶ Athomosa. idest ex athomosis resolutionibus plena albis rotundis: ⁊ minutis Sȝ quare sūt albe rotūde ⁊ minute in capitulo de albis ⁊ minutis expedietur ⁊ exponetur. ¶ Articulare malū. idest articulorum passionem. ¶ Vertebra. idest passiones matricis quando magis solito declinat in altero vertebrorum. vnde fit compressio ex compressione vertebri. Et sic a matrice fit dolor et ex dolore prouocatio reumatis superflue materiei: ex quibus linescit vrina: vnde si matris ex sui dissolutione sursum diafragma cōpresserit vrina linescit etiam.

Sequitur de colore albo cum tenui substantia.

Albo subtilis vrina iugata colori.
Splenem: idropem: crapulam: nefresim: frenesim: diabetem.
Artheticam: coleramq̧ nigram: pedicon: scotoniam.
Epatis algorem: cum febris caumate mortem.
In sene vim fragilem vel defectum puerilem.
In lesis humeros: aut collum lippotomiam.
Quartanam febrem: declarat ⁊ amphimerinam.
Matricis varias notat in muliere querelas.
Hec emoroidas: ⁊ condilomata signat.
Ut se iudicij fallax non inserat error.
Talis cruda potest atqȝ indigesta vocari.
Clarior alba crisi non precedente: profanam
Continuo frenesim: frenesis mortale propinquat.

¶ Expositio. ¶ Albo subtilis. Superius determinauit auctor de coloribus vrine mortificationem et caloris adustionem significationibus: nunc consequenter ingreditur de coloribus significantibus indigestionē. Et primo de albo colore cū tenui

substantia copulato ostendens de ipso colore albo quid habeat significare ponendo regulas z specificationes ex alijs conditio-nibus: scḋm q valde bene scribitur in commento. ¶ Commentū ¶ Albo subtilis. ¶ Exequuto tractatu de coloribus significantibus mortificationem. Nunc exequitur de coloribus signicantibus indigestionem: z primo de albo scḋm cōiugationem albi coloris z tenui substātie. scilicet ex quibus causis color albus fiat z quomodo varietur scḋm diuersitates subiectorum. Et quid sit causa tenuitatis ad presens pretermittimus: ne dum introducentes lectoris tediosi siue litigiosi primicias offendamus. In hoc autem capitulo distinguuntur signa albe et tenuis vrine: quarum significationes z specificationes ex circunstantijs debemus perpendere. ¶ Urina subtilis. idest tenuis in substātia. ¶ Jugata. idest copulata significat. ¶ Splenem. idest spleneticam passionem. Splen enim nomen est membri z passionis. In splenetica passione vrina alba est: z subtilis. idest tenuis cum quadam radiositate multitudo eueniens ex hijs tenuis iuuat. Et apud Theophilū. Urina alba z tenuis z multa amphimerinam deficientē significat. ¶ Querelas matricis. idest passiones ex quibus mulieres conqueruntur: eas maxime que fiunt ex retentione menstruorum specialiter si apparent cum squamis z nigris resolutionibus quod significat retentionem melācolici humoris. scilicet sanguinis qui niger est z terrestris ¶ Emoroides z condilomata. idest morbum existentem in ano vel apostemata in anno vel circa annum parua. Emoroides sunt nomen passionis z membri. Quedam enim vene emoroide dicuntur: que a chili vena exorte ad pudendum circulum terminantur: que vene quandoqz tumescunt z distenduntur ex multo sanguine in eis aggregato: z quandoqz rumpūtur: ita q ab eis fluit sanguis per incontinentiam: z talis fluxus emoroidarum. Alba z tenuis vrina si athomose z pulueree resolutiones in fundo appareant. significat emoroidas z similiter attricas z condilomata. ¶ Ut se iudicij. Hic assignatur generalis significatio albe z tenuis vrine. Si enim fallaciam iudicij incurrere non velis: per talem vrinam significare debes indigestionem z debilitatem naturalis caloris z accidentia que ex indigestione emergi consueuerunt: sicut ventositatis interclusionem. z ipo-

Splen

Emoroides

cundriorū tensionem: ventris et laterum inflationem: grauitatem crurum et coxarū et pigriciam totius corporis tam ad sensum quam ad motum voluntarium. grauedinem et malam dispositionem capitis et precipue sinistre partis. Interclusio ventositatis fit quia cum calor debilis sit: resoluit humores et resolutos non cōsuminit: vnde vētositas interclusa turbulēta generatur que pulsans ipocundria et in ipsis attracta ratione vacuitatis ipsa distendit: et ex inde fit inflatio ventris: et laterum et coxarum grauitas adest: quia spiritus ex quarum motu leuitas membrorum efficitur ex fumosa nebulositate a crudis humoribus resoluta: torpidi et obtusiores effecti in suis motibus impediuntur: vel superfluitates que ex defectu naturalis caloris in nutritiuis generantur vel motu sue grauitatis inferius difluentes musculos coxarum et tibiarum aggrauant: et in eis quasi sarcina quedam sentitur. Fumositatibus etiā ad sensuum instrumenta respirantibus: caloris naturalis actio negociatur circa locum. in quo commune materia passionis. Unde locus secunde digestionis crudificatur: et vrina dealbatur. Est autē tenuis quia lumbis et renibus compressis et coartactis vrina subtilior eliquatur a calore et a substātia spoliatur. Et ideo tenuis et alba occurrit. ¶ Frenesim. Sic specificatur: si in febre accuta: precedente vrina rubea vel subrubicumda: non precedente aliquo signo digestionis vel decoctionis materiei: non facta aliqua determinatiōe cretica: vel per sudorem vel per fluxum sanguinis de naribus: vel per ventris solutionem: vel per quamcunque aliam creticam determinationem: si postea appareat alba et tenuis significat raptum materie ad superiora: que actione caloris leuigata ad panniculum cerebri primum exalat: vel ascendit. ¶ Fit igitur alba: quia nutritiua membra et spiritualia: animatis mēbris tanquam nobilioribus compatientia: adiuuamentum eorum spiritum et naturalem calorem delegant. Unde spiritu et calore depauperata frigescunt. Et ideo calore absente: vrina discolorata in eis apparet: quia materia que per sui presentiam solebat vrinam colorare. rapta superius per sui absentiam: contrariam facit dispositionē. Et notādū quod si ex fluxu sanguis superueniēte per nares aut multo sudore in capite facto frenesis occurrit. Et

vrina tenuis et alba permanserit: significat mortem. Unde Theophilus in capitulo de alba et tenui vrina: postea subiungit. Si vero vrina talis fuerit et febris permanserit: eger ita dispositus moritur. ¶ Diabetem. scilicet significat alba et tenuis vrina specifice. Si multa sit in quantitate et frequenter mitta: et cum carneis resolutionibus. Alba est: quia aquositas secunde digestionis continue incessanter ab epate per venas capillares et a renibus sugitur per distemperantiam caloris et siccitatis. vnde viget in eis virtus attractiua et desiderat refocillari ex attracta humiditate. Urina ergo non potest tantum morari in epate per continuum transitum: quousque plenarium recipiat calorem. Sed cruda et indigesta deriuatur ad renes. In renibus autem non habet colorari vrina: precipue cum ibi moram non faciat: vel paruam in eis moram faciat. Sed per porros euritides qui ex calore rarefacti sunt et relaxati statim resudat in vesicam: et ideo sepe et in multa quantitate mingitur. Est autem diabetes immoderata vrine effusio ex distemperantia renum in caliditate vel frigiditate. Fit autem ex immoderato coitu vel cursu vel labore vel saltu. Hec vrina repleta est carneis resolutionibus albis et oblongis: quia substantia renum ex vehementia caloris dissoluitur. ¶ Arteticam. Scilicet significat alba et tenuis vrina specifice cum athomosis resolutionibus albis rotundis et minutis causas singulorum in capitulo de contentis assignabimus. Sed quare fit vrina discolorata in artetica queri potest. Et respondemus quod materia vrine non est contenta in epate: sed circa extrema vbi est causa passionis. Si queratur iterum quomodo resolutiones ille admisceantur vrine cum materia sit contenta in pede. Respondetur quod hec est causa quia virtus expulsiua vnius membri est attractiua aliorum per continuos meatus scilicet expellendo adiuuat alia membra in attrahendo. Et sic ex virtute illius membri expulsiua: et ex virtute attractiua aliorum membrorum per continuos meatus resolutiones ille reuertuntur ad vias vrinales et vrine admiscentur. Fit etiam artetica ex distilatione reumatice materie a cerebro ad partes inferiores et maxime ad istas que mobiliores sunt et nodosiores: in quibus ratione mobilitatis: et nodositatis fortior est virtus attractiua. ¶ Coleramque nigram. idest melancoliam tenuis et vrina alba significat excessum melancolie aliis conditionibus circunscriptis. Alba est ex frigiditate melan.

colie: quoniam frigiditatis est dealbare. Tenuis est exsiccitate quoniam siccitatis est attenuare. Nota q melacolia dupliciter disponit vrinam. scilicet scdm sui qualitatem et secundum hoc reddit eam albam et tenuem glaucam: vel albam ex frigiditate tenuem ex siccitate. secundum substantiam disponit etiaz vrinaz et tunc reddit eam nigram et spissam ex sui commixtione sicut fit in solutione quartane. ¶ Prediton. Idest epilepsiam significat alba et tenuis specifice cum quadam plumbeitate z obscuritate substantie: que habet fieri propter compassionem animatorum membrorum. Discolorata est in epilepsia quia natura compatiente membris animatis et non intenta circa epar: digestio crudificatur: z vrina dealbatur. ¶ Scotomiam. Idest tenebrositatem oculorum vertiginem significat alba et tenuis vrina: vel glauca: z maxime si multum sit limpida et clara cuz quadam viriditate z luciditate. ¶ Scotomia naq potius fit ex humore melancolico ex quo resoluto grossa fumositas et nigra ascendens cerebrum inficit: et spiritum visibilem obscurat. Est autem alba propter multam frigiditatez: clara est z limpida pter nimiam siccitatem. ¶ Epatis algorem. Idest distemperantiam epatis in frigiditate. Unde impedit digestionem pter frigiditatem epatis aquosi et crudi generantur humores. Unde vrina albificatur.: ¶ Cum febris caumate. Idest in febre acuta causonica z augmastica significat mortem alba z tenuis vrina. Sed distinguitur si talis appareat: aut in principio: aut in augmento: aut in statu: aut in declinatione. Si ergo in principio talis appareat significat cruditatem materiei: et debilitatem caloris naturalis: z prolixitatem morbi. Unde ex tanta morbi prolixitate: natura afflicta z debilitata infirmus subcumberet. et inde timendum est de infirmi defectu z hoc precipue si adsunt alia mala signa. Sed forti existente natura et aliis bonis signis concurrentibus non significat mortem sed salutem. et terminationem futuram per apostema factum sub diafragmate. Si talis vrina appareat in augmento vel in statu precedente rubicunda: duo potest significare. Aut significat frenesim. Aut extinctionem caloris naturalis propter consumptionem naturalis humiditatis; que deficiente sibi nutrimento anihilatur. Unde vrina discoloratur: z vtrunq signum est mortale. Si in declinatione talis appareat. vrina precedente cretica deter-

minatione signuz est salutis z cetera similia. ¶ In sene vim fragilem. zc. Idest defectum virtutis ex senectute z imbecillitate caloris naturalis significat vrina tenuis z alba. ¶ Vel defectũ puerilem. Idest defectũ nutrimentis in membris. ¶ Lippotomiam. Idest syncopim significat alba z tenuis vrina. Et prouenit ex grossa fumositate resoluta a crudo humore z melãcolico qui respirans intus ad spirituales meatus comprimit z suffocat spiritum vitalem in corde: qui oppressus caloris beneficium non potest impendere: z conferre partibus extremis: ex quo non ascendente ad cerebrum cum nõ temperetur spiritus animalis cessat sensus in corpore: z motus voluntarius: et corpus animalis quasi mortuum iacet. Hoc autem precipue significat alba et tenuis vrina. ¶ In lesis humeros aut collũ. Idest incipientibus habere dolorem circa collum z humeros non ab extrinseca causa: sed ab interiori: qui dolor subito surgens tali existente vrina significat dispersionem z resolutionez grosse fumositatis. vnde certum potest esse signum syncopis venture. ¶ Quartanam febrem. Idest de naturali melancolia significat alba z tenuis vrina. Sed sequẽti die post accessionem debet esse pallida vel suppalida: z in tertia die vel quarta debet esse alba vel glauca: quod in sequenti die magis appareat colorata: cõtingit quia materia melancolica cum pura sit z compacta suã ignitionem diu seruat vel inflammantem. Unde in sequenti die magis apparet colorationis effectus. In quartana vero nota ruffa vel subruffa z quandoqz subrubea occurrit. ¶ Amphimerinam. Idest solutionem febris cotidiane de flegmate vitreo significat alba z tenuis vrina: specifice precedente pauca et in fundo globosa. Si postea effundatur in multa quantitate: et postea tenuis in substantia significat amphimerine solutionem Flegma vitreum dum adhuc crudum esset z compactum resistebat nature expellere volenti: z quia nulla fiebat eius resolutio pauca erat vrina. Sed flegmate digesto: et calore confortato fit eius resolutio z per particulas minutas. Unde vrina multiplicatur z attenuatur. Et nota ꝙ omnis materia in sui digestione inspissat vrinam: preter flegma vitreum. Huius regule concordantia habetur apud Ipocratem dicente in quarta par

ticula amphorismorum Quibuscunq; vrine albe ⁊ globose non sine febris et quadam virgularum porrectione: sicut quidam radiosi essent in vrina. Vrinam talem platearius dicebat vir/gulatam. Et ferrarius superius fenestratam. Alba est vrina ex vitio splenis: quia ex melancolica superfluitate calore naturali debilitato crudificatur digestio: ⁊ contrarie qualitatis fit inten sio. idest frigiditatis vnde vrina dealbatur: Albedo enim filia est frigiditatis: vt dicit Gallianus in tegni: tenuis est radiosa ex ni/mia siccitate melãcolie: ex qua subtilitatis spiritibus: superius subtilior ⁊ tenuior fit vrina. Fit etiam tenuis ⁊ radiosa: quia me lancolica superfluitas splenis domicilium descendens: cum su per exuberet comprimit ⁊ coartat meatus vrinales quibus co/arctatis vrina subtilior excollatur. ¶ Idropem Idest leuco fantiaz. i. iposarcam vel anasarcam. In principio passionis. Sed longo tempore talis apparens spleneticam passionem declarat. Spleneticam si sit cum quadam liuiditate in parte superiori: que liuiditas ⁊ obscuritas contingit propter impuritatem hu/morum: naturalis enim calor debilis multum: non potest defe/dare ⁊ sincerare sanguinem. Ideo dixi in principio quia inuete rata causa malicie: ⁊ materia in processu temporis multiplicata alba ⁊ spissa occurrit: ¶ Craculam. Circunscriptis aliis cir cunstanciis multiplicata namq; ciborum congerie suffocatur naturalis calor: vnde non potest conualescere circa officium di/gestionis: vt videtur in lampade ex multa olei infusione lumen opprimitur et extinguitur. Ex multa congerie lignorum ignis debilis extinguitur. Ex crapula etiã multa debet fieri vrina in quantitate multa. Nam ex multis cibis multa debet fieri redũ datio succositatis ad epar que naturalez calorem reprimit. Et talis sm Theophilum significat largum cibum ⁊ potum pre/cessisse: et maxie si nimiũ fuerit subtilis ⁊ leuis: q; cito penetrat ¶ Nefresim. Idest passionem renum ex calculo ibi confirma to. Et hoc precedente vrina spissa ⁊ alba cum quibusdam sedi/minibus arenosis. Et si post talem vrinam apparentem appa/reant tenuis ⁊ alba vrina non facta purgatione melancolici hu morũ: vel vitrei flagmatis cum diureticis potionibus signifi cat nefresim ex calculo in renibus confirmato. et talis pessima est: quia peior est calculus confirmatus q̃ cõfirmãdus. Et hoc

concordat Ipocra. libro affo. dicenti vrine limpide et albe om/
nes male sunt maxime si in freneticis apparent. Alba est vri/
na in frenesi: quia totaliter aggrauatis organis z spiritibus:
sensus et motus voluntarius impeditur. Et ipse fumosita/
tes ad cerebrum respirantes cum sint grosse z impetuose fit di
stensio miringarum. Et ex distensione fit solutio continuitatis
ex qua sequitur dolor capitis: z maxime in sinistra parte cum
ibi sit sedes melancolie ratione conformitatis. Et nota q ta/
les vrine apparent in menstruosis et in emoroides habētibus.
Sed tunc apparent parue z nigre resolutiones in fundo cum
discoloratione et macilentia totius corporis.

De glauco colore.

Spissi suscipiens comercia nulla liquoris:
Est in iudicio glaucus color emulus albo.
At minus offendit natiui iura coloris.
Si fuerit tenuis mediocriter: aut mediocris.
Glauca vel alba: notat excessum flegmatis aeris.
Glauca melācolice craseos est conscia testis.

¶ Expositio ¶ Spissi. Postq̄ determinatum est de colore al
bo. In ista parte determinat de colore glauco. Glaucus enim
color est sicut cornu album lucidum. Dicit q vrina in colore glau
ca que nunq̄ patitur cum spissa substantia sociari habet simi/
le iudicium cū alba vrina tenui: et quia quicquid significat vri:
na alba z tenuis: totum significat vrina glauca. Sed cum re/
missione et minori malicia. Et etiam vrina glauca non tantam
debilitatem caloris naturalis ostendit vel significat. ¶ Si fue/
rit tenuis. Ponit talem regulam. Quotienscunq̄ videbis
vrinam albam vel glaucam in colore cum substantia mediocri
ter tenui significat dominium flegmatis accetosi. ¶ Glauca.
Dicit q vrina glauca significat hominem melancolice comple
xionis z sanum. ¶ Commentum. ¶ Spissi. Post album co/
lorem agit auctor de glauco qui conuenientes habet significa
tiones cum albo colore. Non enim differūt nisi sm intensionē z
remissionem maliciei. Nam quecunq̄ significat albus color cū
tenui substantia eadem significat glaucus color sed cum quadā

remissione. ¶ Spissi liquoris. Idest spisse substantie. ¶ Nulla comercia. Idest nullam coniugationem. Glaucus namque color cum sit tanquam cornu lucidum album est. inconiugabilis spissitudini. Spissitudo enim ei associata luciditatem aufert sine qua non posset esse glaucus color. ¶ Emulus albo. Idest consimilis ¶ At minus offendit. Idest minus significat impediri. ¶ Iura. Idest cursum et dominium. ¶ Natiui coloris. Idest naturalis. ¶ Si fuerit tenuis. Adhuc prosequitur auctor iste de glauca vrina et ostendit quod glauca vrina omnino vel mediocriter tenuis significat sanum melancolicum. Sed si recedat a tenuitate mediocriter significat excessum flegmatis accetosi. etc.

¶ De colore lacteo.

2a 1 Lactea subtenuis inacute caumate febris 75
Litis in ingressu signis adiuncta sinistris. 76
Damnat et accusat pacientem crimine mortis. 77
Fallitur vrine sententia: si tibi certo. 78
Ordine concurrant: que sunt vitalia signa 79
Mens: sopor: affectus: bona respiratio: virtus. 80
2 Lactea subtenuis cum largo fusa liquore. 81
Fine mali veniens deferuescente calore. 82
Soluit: et a morbi laqueis emancipat egrum. 83
3 In febre quam replicat tipicusque interpellat error. 84
Lactea subtenuis dictat: quod causa sit eius. 85
Frigida: pressuram longi factura laboris. 86
4 Lactea subtenuis febre declinante salutem. 87
Impetrat: et corpus releuat vitamque refirmat. 88

¶ Expositio. ¶ Lactea subtenuis. etc. Superius determinatum est de colore glauco cum mediocriter tenui substantie copulato. Hic determinat auctor de lacteo cum tenui substantia. Ponit ergo talem regulam primo. Vrina lactea in colore mediocriter tenuis in substantia in principio egritudinis accute signis malis concurrentibus sine dubio pacientem indicat moriturum. Si vero signa bona et vitalia concurrant sicut bonus anhelitus fortitudo virtutis; bonus somnus; et bona 5 color

memoria et similia: tunc non habet ista regula veritate im: imo significat egri liberatione. Est tamen sciendum q talis vrina quantum est de se non significat bonum. Sed ratione aliorum signorum bonorum sibi coniunctorum. ¶ Lactea subtenuis cū largo. Hic ponitur alia regula de colore lacteo cum substantia tenui mediocriter. Regula est ista. Urina lactea in colore subtenuis in substantia. multa in quantitate: in declinatione egritudinis apparens: significat solutione egritudinis. ¶ In febre. Alia regula scilicet tercia. Urina in colore lacteo: subtenuis in substantia in febre interpollata significat materiā egritudinis frigidam: et per consequens longitudinem egritudis. ¶ Lactea subtenuis febre. Quarta regula. Urina lactea in colore: subtenuis in substantia: in declinatiōe egritudinis significat liberationem ab egritudine et salutem. ¶ Commentum. ¶ Lactea subtenuis. Post capitulum de glauco colore cum tenui substantia: subiungit auctor aliud capitulum de lacteo colore sm coniugationem tenuis substantie. Sed fortasse obijceretur de verbis et sententijs et eorum repugnantia. In isto libro dicitur et quasi pro regula proponitur q lactea vel Karopos nūq̄ tenuis reperitur. Sed hic lacteus color cum tenui substantia coniugatur. vnde videtur dissonantia. Respondemus q nūq̄ lactea est tenuis de omnimoda tenuitate: et de omnimoda tenuitate intelligendum est. Ad hoc nāq vt sit lacteus color exigitur q sit ibi aliquantula partium grossicies: et accumulatio. Et ideo lacteus color omnimod subtilitati denegat copulari. Et hoc idem intelligitur de Karopos. Et propter hoc dictū est q lactea vel Karopos similimodo nūq̄ reperitur tenuis in vltima subtilitate. Qd vero hic dicitur de coniugatione lactei coloris cum tenui substantia intelligendum est: non de omni tenuitate: sed mediocriter tenuitate accedente ad speciem spissitudinis: vnde auctor volens euitare periculum obiectionis nō dixit simpliciter tenuis: sed lactea subtenuis: sub nāq denotat remissionem a tenuitate. Si autem apud Theophi. inueniatur lacteus color coniungi cum tenui substantia: tunc tenuem substantiam intellige pro subtenui. De tali autem colore cum subtenui substantia talis doctrina proponitur apud hunc auctorē Unde vrina lactea cum subtenui substantia aut apparet in principio egritudinis: aut in fine. Si in principio vel in fine aut ap/

lactea vel karopos nūq̄ tenuis reperitur

paret in principio vel in fine febris accute vel interpollate vel alterius egritudinis prosequēte de singulis. Si in pricipio febris accute appareat lactea et subtenuis malis signis concurrentibus: sicut est alienatio desipientia: insomnieitas: defectus appetitus: difficilis respiratio: virtus debilis mortem significat. Per hoc enim quod est lactea significatur cruditas materiei et indigestio et locus scde digestionis esse refrigeratus ex trāmissione spirituum: et caloris ad cerebrum: et est signum frenesis future: vnde timendum: est de cerebri consumptione. Cerebruz enim est membrum delicatum molle et tenerum et cum debilem habeat calorem naturalem: non multo calore indiget. Et ideo feruore caloris superuenienti consumitur. Cor vero est calidissimum membrum naturaliter. vnde multo calore est assuetum et quasi more fabri in continuo calore versatur. Inde est quod impetum feruoris caloris aduenientis medius potest tollerare. Quod autem est tenuis ex compactione humorum est et cruditate. Et quia materia iam rapta est ad cerebrum epate refrigerato iam nulla fit resolutio nec perturbatio. vnde vrina non inspissatur et ideo malis signis concurrentibus si talis vrina appareat mortifera est. Sed si bona occurrerint signa supradictis contraria licet talis appareat significat liberationem egritudinis: sed nō est quantum est in se quia per se suspecta est et infamis. Sed quia bona accidentia ei concomitantur licet suspecta: significant prolixitatem egritudinis. Sed si in fine febris accute talis appareat et sit multa in quantitate febrem declinantem indicat. quod enim lactea est significat quod innaturalis calor iam recedit. quod vero est tenuis hoc fit ex attenuatione et subtilitate partium materiei: per hoc autem quod est multa significatur plena et sufficiens purgatio. Si vero in pricipio febris interpollate talis vrina appareat tūc crudū et flegmaticū humorē demōstrat. vñ disponitur vrina secundum frigiditatē et humiditatē: et secundum caliditatē et siccitatē et secundum frigiditatē et siccitatē et secundum caliditatē et humiditatē humorum. quod autem est tenuis: hoc fit ex cōpactione et cōplexione materiei et difficultate resolutionis. Talis ergo vrina ex omni causa egritudinez sig. et longā afflictionē ostēdit. etc. In fine ergo interpollate febris si talis appareat et multa ex lacteo colore significat calorē deferuescentem. Sed ex tenuitate significat materiei subtilitatem: ex multitudine significat sufficientem purgationē: et ita egri liberationē signifi

cat. Sed si talis appareat sine febre dispositionem corporis ad idropisim portendit. His diligenter consideratis que dicta sūt manifesta est littera & sensus littere.

De colore albo lacteo & Karopos.

Albescens Karopos vel lactea spissa figurat. 89
Idropisim: colicam: lapidem: capitisqz dolorem. 90
Flegmatis excessum: membrorum reumata: fluxum. 91
Talis apostascos causam complexio soluit. 92

Expositio. Albescens Karopos. Hic determinat egidius de colore albo lacteo & Karopos cum spissa substantia. Unde talis est regula. Alba nanqz vrina in colore vel lactea vel Karopos: spissa in substantia significat idropisim: et alias significationes que secuntur in littera & tu specifica sicut scribitur in cōmento valde bene. Albescens Karopos. Hic agit auctor de albo colore & lacteo vel Karopos cum spissa substantia. Alba nanqz vrina remissior est q̄z lactea: vel Karopos. Et est hic color Karopos similis camellorum velleribus idest flauus et hij colores omnes cum spissa substantia significant idropisim idest leucofantiam ex multo tempore precedente: cum quadam obscuritate: & perturbatione: & apposita manu liuida vel subcitrina apparet. Et talis vrina leucofantiam confirmatam significat: et talem vrinam precedit alba et tenuis cum quadam liuiditate & obscuritate. Et nota q̄ talis vrina que idropisim significat potius debet esse alba q̄z lactea vel Karopos propter maiorem cruditatem digestionis. Idropisis enim significat errorem virtutis digestiue in epate. Color vero Karopos vel lacteus non tantam cruditatem materie. Potest tamen lacteus color vel Karopos in leucofantia apparere. Sed albus color eam fidelius exprimit vt dictum est. Item vrina alba lactea vel Karopos cum spissa substantia & arenosa significat colicam: vel iliacam passionem ex crudo et viscoso flegmate aggregato in inferioribus intestinis. Unde expressione flegmatis fecis egressio denegatur. Ex ventositate innata tortio & angustia sentitur: vt videatur pacieti quasi quoddā terrebel

lum eius intestina perforare: vt de se ipso refert. Gall'. in colica passione ꝛ illiaca: cū sepe videatur alba ꝛ spissa: tamen de iure passiōis et depositione vel dispositione materiei talis debet esse vrina: que si ita est intestinis: potius debet esse lactea vel karops: qꝛ cuꝫ materia contenta sit in colon intestino vel ylion cū remota sit a vijs vrinalibus non sic potest imutare vrinam: vt eā reddat albam. Redditur ergo minus discolorata. s. lactea. Item vrina lactea vel alba ꝛ spissa lapidem significat. specifice si in fundo habeat sedimen arenosum. Talis ergo vrina potius debet habere colorem lacteū quā albū: quia licet pro flante debeat esse discolorata multū tamen propter ebullitionem ꝛ decoctionem ipsius humoris. vt in lapidem cōuertatur: redditur minus discolorata: vt lactea ꝛ spissa constituat̃ pro consumptione liquidarum partiū. Petrificatio naqꝫ ex aliquo humore non potest effici sine aliqua decoctione. Ideoqꝫ potius fit lactea qꝫ alba. Et est notādū q generatio lapidis fit. iiii. de causis scilicet ex abundantia superfluitatū: ex viscositate earum ex angustia meatuū. et ex debilitate virtutis expulsiue. Cum enim hec oia concurrant humor diutius morans in vesica actione caloris decoquitur: ꝛ liquidis omnibus partibus consumptis et terrestribus permanentibus fit durities: et petrificatio ꝛ arenarū generatio q̄ simul coadunate et annexe lapidem efficiūt: qui si fuerit in renib9 dolorem renū facit imoderatum. ex distensione partiū et solutione continuitatis. Adest etiam dormitatio pedis cuꝫ ipso rene colligātiam habentis et infrigidatio contingit. quia spiritus propter emfrasim calculi non potest impendere beneficium sue calefactionis. Cōprimuntur enim nerui. vnde aufertur aditus spiritui animali ꝛ ideo fit dormitatio pedum et infrigidatio. Adest etiam dolor illiacus qꝛ cū intestina cōprimuntur ex calculo existente in renibus ꝛ hoc ꝑter eorum colligantiaꝫ superfluitas prime digestionis retinetur que cū non possit emitti redundat ad ylion. ꝛ instat. et torq̄t ipsum et inde fit dolor illiacus. Et si lapis fuerit in vesica dolor est in pectore cū pruritu ꝛ cum difficultate mingendi et cū ardore virge quando vrina mingitur. ꝛ constipatio igitur ventris fit ex compressione lōgaonis. ¶ Capitisqꝫ dolorem. Idest presentem vel futurum significat vrina karopos vel lactea et spissa in substātia. Si ergo vrina diu talis appareat significat dolorem presētem. Sꝫ si de nouo apparere incipiat futurum dolorem significat. hoc autē est in amphemerina cum flegma diu fuerit in corpore. Calor enim qui iam diu egit in ipsum resoluit eius partes in fumositateꝫ tur

Generatio lapidis fit 4or de causis

bidam: et vaporosem que petens cerebrū infert dolorem. Sed si flegma nouiter incipiat dominari in corpore: calor agens in ipsuz nondū in fumositatem sufficit resoluere. Sed diutius agendo resoluet et ideo futurus dolor significat. Huiusmodi regule cōcordantiā habemus ab Ypo. in quarta particula amphо. iuxta finē. Quibus in febribꝫ vrine conturbate sunt velut subiugalium hijs capitis dolores aut adsunt aut aderent. ¶ Flegmatis excessum vrina ergo alba vel lactea ꝛ spissa per totū cum inequali ꝛ impura substantia flegma naturale abundare significat sine febre. Alba est ꝓpter frigiditatem flegmatis. Natura eīn frigiditati est dealbare ꝛ quia flegma album est ideo habet dealficare. Spissa est ꝓpē humiditatem cuius est inspissare. Inequalitas substantie significat ꝑturbationē fieri in corpore. Impuritas substātie significat defectum naturalis caloris non valentis substātiā depurare. hoc ergo significat principaliter. ¶ Secundo vero significat dolorē capitis ꝛ precipue grauedinē occipicij vbi ē flegmatis sedes. vel significat indigestionem ꝛ significat lateruz inflationē: oris insipiditatem: saliuarū abundantiā: sensus ebes: motus tardus fit: pigricia somnus: ꝛ dolor capitis ei concomitantur: que omnia habent cōtingere ex resolutione grosse ꝛ crude materie: ex qua resolutiōe fumositas resoluta et a debili calore non consumpta ad diuersas partes corporis ꝑegrināns illas partes aggrauat et molestat petens enim cerebrū ex distentione miringaruz cerebri dolorē facit: et ad ipocundria respirans iflationem inducit. Et ascendens per isofagum ad linguā et circa eam inspissata insipiditatem facit ꝛ saliue abundantiam. Et per neruos diffusa sensuum ꝛ voluntarium motum impedit. huius regule concordantia habet apud theophiluz in cap. de pingui ꝛ alba vrina. Dicit naqꝫ theophilus talis complexio monstrat crudū humorē plurimū abundare in vasis. i. in venis ꝛ differētias diuersi flegmatis attestari: vt est vitreuz falsum ꝛ sine qualitate. ¶ Membrorū reumata. Idest fluxum humorum ad aliqđ membrū corporis sicut in apostematica collectione de frigidis humoribꝫ effecta: ꝑcipue si fuerit granulosa. ¶ Fluxum. s. reumatis significat lactea vel Karopos ꝛ spissa: specifice si fuerit pauca et turbulenta cū resolutionibꝫ oblongis vel rotundis: ꝛ ꝑcipue si fuerit granulosa. ¶ Fluxū. Idest ventris solutiōēz significat Karopos vel lactea ꝛ spissa: si fuerit pauca cum resolutionibus longis ꝛ rotundis. pauca est propter fluxum quia spiritus et humores emittuntur a corde: quia calor debilitatur in epa

ce ergo pauci generantur in humores: et ideo pauca est vrina. hoc enim dicit Ypo. vrina nocturna multum micta paruū secessum significat & multus secessus paucā vrinā significat. Resolutionis fiunt a flegmate descendente per stomacū ad intestina. Turbulenta autem ex per mixtione humorū. ¶ Talis commixtio. Idest talis coniunctio albi vel lactei coloris cum spissa substantia. ¶ Soluit. idest solui significat. ¶ Apostaseos. idest materiam apostematice collectionis ex purgatione materiei: que cruda est & flegmatica: vnde vrina discoloratur & inspissatur. Et inde habemus concordantiam cū Ypo. in fine quarte particule inquit enī quibus spes est apostema ad articulos conuerti: exiens ab apāte vrina crassa & multa & alba facta velox in laboriosis febribus. &c. ¶ Item apud theophilū vrina pinguis et alba multa veniens liberat egrū ab apāte i articulis nato hijs qui dolebant liberat eos etiam qui in egritudine laboriosa erant: & qui diu fuerant in egritudine pinguium humorum.

¶ Ostendit quattuor esse regiones in vrina.

Sepe fit vrine distans substantia: dispar.
Vultus: vt a medio vel summo discrepet imum.
Summa superficies: mediana: vel infima spissa.
Summam: vel mediam. vel partem concutit vnam.
Et similis simili seruit regio regioni.
In reliquis est consimilis ratio generalis.

¶ Expositio. ¶ Sepe fit vrine. ¶ Hic ostēdit auctor i vrina. iiii. esse regiones: que. iiii. humani corporis regionibus correspondent: vnde notandum est quod vrine substantia multotiens disconuenit in seipsa: quia aliquando erit superius tenuis: inferius spissa: vel econuerso: et etiā color eius: quia in parte superiori erit alterius coloris quam in parte media vel quam in parte inferiori. ¶ Hic ergo notantur quattuor esse regiones in vrina que in humano corpore. iiii. regionibus attestantur. Circulus enim ipsius vrine attestatur supra membrorum animatorum dispositionem, vt puta cerebri et miringarum cerebri et trium cellularum. ¶ Secunda regio vrine: scilicet pars q̄ est cōtigua circulo significat dispositionē membrorū spiritualiū: & egritudines eorum sicut dicetur in cōmēto. ¶ Ter

tia regio vrine attestatur supra dispositionem membrorum nutriti uorum scilicet epatis stomaci splenis ⁊ similium. Quarta regio scilicet fundus attestatur supra dispositionem membrorum inferiorum que regio si in se contineat sedimē arenosum. humores significat conglobatos. ⁊ molestationem significat generatiuorum mēbrorum. ⁊ egritudines eorum sicut in cōmento valde bene dicitur

¶ Cōmentum. Sepe fit vrine. ⁊c. ¶ Notandumq; quattuor sunt regiones humani corporis. ⁊ prima est animatorum membrorum sicut cerebri et miringarum ⁊ trium cellularum ipsius. ⁊ durat ista regio ab epigloti superius. Epiglotum est membrum qđ iacet supra tracheā arteriam. ⁊ dicitur ab epi qđ est supra ⁊ glautio quod est membrum super euglosuma idest isofagum. ¶ Secunda regio est spiritualium ⁊ continet cor et epar ⁊ tracheā arteriam ⁊ fistulas pulmonis. ⁊ durat ab epigloto inferius vsq; ad diafragma. ¶ Tercia regio est nutritiuorum membrorum ⁊ comprehendit stomacum. splenē. epar et intestina et Cistim fellis ⁊ durat a diafragmate vsq; ad lumbos ⁊ renes. ¶ Quarta regio est generatiuorum membrorum qui comprehendit lumbos renes et vesicam ⁊ didimos et matricem et testiculos matricis ⁊ vuluam ⁊ duos testiculos ⁊ virgam virilem: et omnia que cōtinentur a renibus infra. quattuor sunt regiones humani corporis quib⁹ cōfirmant. iiii. regiones vrine. prima quarū est circulus: cui deseruit dispositio animatorum membrorū. secunda est corpus aereum vel superficies que est in superiori parte contigua circulo: ⁊ deseruit ei dispositio membrorū spiritualium: ⁊ spissa est. ⁊ magis turbulēta et attestat̄ male humiditati spiritualium mēbrorum. maxime si circulus fuerit grānelosus ⁊ significat disniā: ⁊ asma aut aliquam collectionem materiei superflue circa spiritualia. vnde adest āgustia anhelandi: ⁊ strictura pectoris. ⁊ q₂ spiritualia membra sunt aerea emittunt aerem ⁊ inspirant. Tercia regio dicitur perforatiua quia perforatis membris attestatur idest stomaco epati ⁊ alijs nutritiuis que si nebulositatem in se habent vel spissitudinem denunciat impedimentum nutritiuorum ex superfluis humoribus sicut dolorem ventris ⁊ inflationem: rugitum ⁊ indigestionem: fastidium ⁊ cetera accidentia q̄ stomaci repletionem concomitantur

¶ Quarta regio est fundus ⁊ in fine partis vrine q̄ sedimē arenosum in se continet ⁊ humores conglobatos ⁊ significat molestationē generatiuorum sicut nefresim. litiasim. strāguriam ⁊ renū et lumborum dolorem ⁊ partium adiacentium grauedinē. ¶ Distās

Quattuor regi. humani corpo.

Epiglotū quid

4 sunt vrine regiones

substantia. Idest dissona z inequalis quantum ad candam vri-nā vt eadem in parte superiori appareat spissa: vel in medio vel in inferiori ceteris partibus in tenuitate permanentibus: vel econtra. Suprema regio significat molestari sicut singulis singula redduntur: similis regio vrine simili regioni corporis attestatur. In reliquis collectionibus ratio generalis est vt si in parte superiori sit spissa vel in media vel in iferiori suprema regio corporis media vel infima molestari significat.

¶ De pallido colore vel subpallido z subcitrino.

1 Pallida cum pingui vel subcitrina liquore.
Flegmatice monstrat periodica frigora febris.
2 ¶ Pallida cum tenui coleram declarat adustam.
3 ¶ Pallida subtenuis ex acri flegmate: febrem.
4 Pallida cui spissum mediocriter associatur.
Flegmatice craseos interpres fida probatur.

¶ Expositio. ¶ Pallida cu; pingui. Post p̄cedentes colores cō-sequenter agit auctor h̄ de colore pallido: subpallido: z subcitrino cum spissa substātia tenui vel mediocri. Regula est. Vrina in colore pallida vel subpallida vel subcitrina in substantia: per totum spissa significat febrem interpollatam: ex flegmate naturali. s. cotidiana. ¶ Pallida cum tenui. Secunda regula est. Vrina i colore pallida vel subpallida: in substantia tenuis: significat dominiū colere aduste: et melencolie innaturalissime febre. ¶ Pallida sub tenuis. Tercia regula. Vrina in colore pallida vel subpallida tenuis mediocriter in substantia. quottidianā significat de flegmate accetoso z indigesto. ¶ Pallida cui spissum. Quarta regula Vrina in colore pallida vel subpallida: in substantia mediocriter spissa flegmaticum sanū significat. ¶ Cōmentum. ¶ Pallida cum pingui. Post al. colorem lacteū z glaucum z Karopos subiungit capitulum de pallido colore. Et etiam per pallidū colorem cōprehendimus in ipsum pallidum z subpallidum colorem scd̄m cōiugationez spisse substantie. z tenuis: z mediocriter tenuis. quos sic debes colligere. Vrina pallida vel subpallida vel subcitria pallori vicina: in substantia p̄ totum spissa: significat cottidianaz de flegmate naturali. ¶ Remissa est in calore propter flegmatis frigiditatem. Spissa vero propter humiditatem humoris flegma-

rici. ¶ Alia regula. Urina pallida vel subpallida in colore et in substantia tenuis significat dominium colere aduste et melancolie innaturalis sine febre. ¶ Alia regula. Urina pallida i colore ⁊ subpallida in substantia mediocriter tenuis significat cottidianam de flegmate accetoso indigesto: mediocri dico tendente ad digestionem. Omnis nāqꝫ materia in sui digestiōe inspissat urinam preter flegma vitreum quod ex sua digestione eam attenuat. ¶ Periodica frigora. Idest circulares reuolutiones vel accessiones: quia a frigore proueniunt. ¶ Flegmate febrem. Idest cottidianam de flegmate naturali. ¶ Subtenuis. Idest remissa tenuitate vt notet diminutionem. ¶ Pallida cui spissum. Alia ponitur regula de pallido colore. vel subpallido. Urina in colore pallida vel subpallida: in substantia mediocriter spissa sanum flegmaticum significat ⁊ cetera huiusmodi.

¶ De colore pallido sequente album vel lacteum vel glaucum vel Karopos.

1 Si male dispositio precedat corpore glauca.
Lactea: vel Karopos: ⁊ pallida post videatur.
Signo palloris vires natura resumit.
Et redit ad proprium vis digestiua tenorem.
2 In febre continua leuta: subpallida clara.
Pondus apostaseos in dextra parte futurum.
Indicat: affectu constantie: vigore vigente.
3 Si fluor absentet ventris: aut viscera temptat.
Pallida spumosa pinguis liuens cinerosa.
Paucula: fit pestis prisice non absona testis.
Si fluor accedit: mors intrat vita recedit.
Crudor: ⁊ emfrasis: fluxus: consumptio: paucam.
Indicat vrinam: ratio contraria multam.

¶ Expositio. ¶ Si male disposita. ⁊c. Alia regula. precedente vrina alba in colore lactea: glauca: vel Karopos. ⁊ vrina pallida in colore subsequatur fortificationem caloris naturalis significat Et qꝫ ipsa natura corporis resumit vires suas. ¶ In febre con

tinua. Regula secunda. Urina pallida vel subpallida in colo-re: in substantia tenuis et clara in febre accuta apparens: cum bonis signis significat apostema futurum sub diafragmate in parte dextra. Si autem talis vrina appareat malis concurrentibus signis: mortis periculum minaret. ¶ Si fluor absentet. Tercia regula. Urina pallida vel subpallida in colore: spumosa superius cum quadam liuiditate oleagina subcitrina: in quantitate pauca: solutione ventris circumscripta ptisim significat. Si vero tali vrina in ptisi existente superueniat fluxus mortale est secundum Ipocratem quinto amphorismorum. A ptisi habito diaria superueniens mortale est. ¶ Crudor et emphrasis. In hoc loco assignat auctor quattuor causas paucitatis vrine. Et prima est cruditas materie. Secunda opilatio meatuum vt in stranguria. Tercia fluxus ventris. Quarta est consumptio substantialis humiditatis. Et cause istis contraria faciunt magnā vrine quātitatem. vt bona digestio: meatuum apertio. Uentris constipatio et caliditas temperata non consummens substantialem humiditatem Omnia enim ista faciunt ad multiplicationem vrine.

¶ Commentum. ¶ Si male. Alia regula de pallido colore que assignatur secundum collationem pallide vrine ad glaucam vrinam alba lactea vel Karopos precedente. Sunt enim quedā iudicia simplicia quibus quandoque iudicatur de vrina absolute secundum substantiam et colorem: non habendo respectum ad statum precedentem: vel ad consideratonem aliarum circunstantiarum. Sunt etiam quedam iudicia electiua. quando habet respectus precedentis status: vel complexionis vel etatis: vel aliorum similium. Hic ponitur iudicium collationis: quia si corpore aliquo existente distemperato in frigiditate: vrina appareat lactea alba vel glauca: et post modicum tempus appareat pallida significat calorem naturalem resumere vires: vt fiat transitus de indigestione ad principium digestionis. Et de frigiditate ad confortationem caloris naturalis. Naturalis enim calor resumit vires suas vel videtur resumere vires: vel significatur resumere eas. ¶ In febre continua. In hoc capitulo: alia ratio vel regula assignatur de pallido vel subpallido colore: quare sic collige. Urina pallida vel subpallida in colore: in substātia tenuis: et clara: in febre accuta de flegmate vitreo aliis bonis cōcurrētibus significat apostema futurum sub diafragmate Quod vrina sit pallida cōtigit propter frigiditatē materiei. Quod autē sit tenuis et clara cōtigit propter cōpa-

ctionem et cruditatē materie: ex quibus morbus prolixatur. Natura igitur prolixitate morbi aggrauata ꝛ stimulata non potest cōuenientem et absolutam crisim eligere: vt purget materiam ꝑ fluxum sanguinis a naribus: vel per sudorem vel per fluxum vētris: vel per quēcūq; aliam purgationem competentem: facit ergo q̄d potest tanq̄; fatigata. Sed si debilis esset natura: nec adsint aliqua bona signa nuncia: vt si alba appareat: vel virtus esset debilis tunc mortem minaretur. Sed quando sunt signa boni nuncia sicut bonus appetitus: ꝛ robur virtutis: et fortitudo mentis: ꝛ respiratio facilis: presumendum est q̄ in tali casu per talem vrinam quod debeat fieri determinatio per apostema sub diafragmate. Natura namq; licet sit fatigata: ꝛ materia sit cruda inquantū potest ad sc. ꝛc. ¶ Deliberandum nititur. Trāsmittit ergo materiam de nobilioribus membris ad minus nobilia: de principalibus ad minus principalia scilicet ad dextrum ipocūdriū: ꝛ ad idē precipue quia propter presentiam epatis quod est membrum calidum ꝛ propter loci vacuitatem viget ibi virtus attractiua. ¶ Pōdus apostascos. Idest apostematicam collectionem de graui ꝛ ponderoso humore. ¶ In dextera parte. Idest in dextro ipocundrio sub diafragmate. Hec regula elicita est ab Ipocrate ī pronosticis circa finem partis prime. Ubi dicit. accuta existente passione collectio si fuerit in ipocundrijs. ꝛc. ¶ Affectu cōstante. Idest bono appetitu cum alijs bonis signis. Constante vigore. Idest vigoroso permanente. Si fluor absentet. ꝛc. ¶ Alia regula datur de pallido colore: per quem significatur ptisis. Regula sic colligenda est. Urina pallida vel subpallida in colore spumosa superius cum quadam liuiditate oleagina: subcitrina: in quantitate pauca: solutiōe circumscripta: ptisim declarat. Q̄d si in ptisitali existente vrina: superueniat fluxus ventris: mortale est iuxta amphorismum Ipocratis qui ait in quinta particula amphorismorum scilicet principium prope a ptisi habito diaria superueniēs mortale est. ¶ Absentet. Quia talis fluxus ventris ex humorum perturbatione ꝛ pauca humiditate redundante ad epar posset apparere ꝛ ideo excludimus fluxum ventris ad certitudinem specificationis. ¶ Pallida. Naturali calore debilitatio circa nutritiua: que spiritualibus compatiuntur. ¶ Spumosa. Ex compressione: vel compassione pulmonis: in quo triplex est causa spumositatis. scilicet impetus motionis presentia siue violentia ebulitionis: presentia ventositatis. ¶ Pinguis. Idest oleagine

et magis in principio ex pinguedinis resolutione. ¶ Liuens.
Ex infectione spirituum et puluerulenta ⁊ spumosa materia que
per venam concauam redundans ad epar sanguinem inficit. ⁊ spi
ritum et sanguinem corrumpit. ¶ Cinerosa. Ex partibus pul
monis resoluta: puluis enim est subcinerei coloris. ¶ Paucula
Ex consumptione humorum. ¶ Pestis ptisice. Idest pestis q̃
corpus depascit. ¶ Fluor. Idest fluxus ventris. ¶ Mors in-
trat. Idest multiplicata consumptione. ¶ Crudor. In predi-
ctis capitulis frequenter fuit posita doctrina de paucitate vrine. ⁊
ideo in hoc capitulo causas paucitatis vrine auctor assignat que
sunt quattuor. Prima causa scilicet cruditas materie: vt in pri-
cipio amphimerine. Secunda causa. ¶ Emfrasis. Idest opilatio
meatuum: vt in stranguria litteriasis. Tercia causa est fluxus vē-
tris: vt in disinteria in qua egestio multiplicatur: ⁊ vrina paucifica
tur. Quarta causa est consumptio membrorum. vt in ptisi. Hu-
miditas namq; que expelli debet in multiplicatione vrine: a violen
tia caloris depascitur ⁊ anihilatur: quod maxime est signum in fe-
bre accuta mortale. Ex contrarijs signis vrina multiplicatur. s.
ex digestione materiei vt in solutione amphimerine. tūc enim vri-
na alba ⁊ tenuis ⁊ multa debet occurrere. Item ex emphrasi re-
mota: vel vigore nature: ⁊ medicaminibus diureticis multiplicat᷑
Item ex ventris constipatione virtute attractiua vigente in epate
vt in habentibus calidum epar ⁊ siccū multa est vrina: ⁊ etiam in
diabeticis. Similiter ꝓpter multā attractionem succositatis ex
crapula vel ex refectione copiosa multiplicatur vrina: ⁊ in potanti
bus diuretica: et ea cōmedentibus multiplicat᷑ vrina. Item mul
tiplicatur etiā vrina ex septem causis. Prima ex multiplicatōe cibi
⁊ negligentia exercitij. Secūda est multitudo humorꝫ nō coctorum
ex q̄bus multa resoluit᷑ vrina. Tercia est sup̄fluitas cretica. Quar
ta est cōsumptio totius corporis. Unde corpis humiditate eliqua
ta a corpe multiplicat᷑ vrina: vt in ethica. Quīta est diabetes. Sex-
ta est vsus diureticorꝫ. Septima est paucitas egestionū: ⁊ aliarum
superfluitatū. ¶ Pauca similiter fit ex. vij. cauſ. Prima est pauci
tas ciborꝫ ⁊ nimiū exercituū. Scd'a opilatio meatuū. Tercia accu
mē humorꝫ cū vrina vnde vesica pūgit᷑: ⁊ se exonerare nitit᷑. Quar-
ta est mortificatio vesice: ex pulsionis defectus: vnde vesica non vꝫ
in attrahenda neq; valet in emittendo. Quinta est palepsis vesice:
vt in senibꝰ vel pinguibꝫ ⁊ flamaticis dispositis ad palepsim. Ner-
ui enim a multa humiditate remolliti: non possunt vrinam conti-

nere: donec colata sit. sed paulatim educitur. Sexta est calor imo-deratus: interius in venis consumens humiditatem corporis vt in accutis. Septima est multitudo egestionum: et aliarum super-fluitatum: vt fluxus ventris et sudor nimius. ¶ Crudor. idest cruditas materiei. ¶ Emphrasis. idest opilatio. ¶ Fluxus ventris. idest solutio ex consumptione membrorum vt in ptisicis ꝛ hoc est quod dicit auctor.

¶ De colore citrino.

Est multis tenui citrina referta figuris·
Flegmaticum iuuenem: vel quem niger afficit humor.
Condemnat triteo: duplici senis impedit annos.
Continua puerum: iuuenem cui fel dominatur.
Portendit sanum. proprio karactere signat.
Talem constituit quartana planetica febris.
Autumpno potius: ꝛ subruinalibus horis·
Thoracis: splenis: epatis delicta fatetur
Pectoris offensam: se iunctis obsita granis.
Splenem: si multis radijs virgata coruscant.
Siccum demonstrat epar cum largo fusa liquore.
In febre continua sub morbi lumine: talis.
Prolixando malum fert detrimenta vigoris.
In medio frenesim monstrat: sub fine duelli.
Designat cretice firmari federa pacis.
Flegmatis et colere quem conficit vnio reddit.
Citrinam tenuem citri conterminus humor.
Plus tenuem crudus: tenuemqꝫ minus resolutus.
Intensam cum febre magis sine febre remissam:

¶ Expositio. ¶ Est multis tenuis. Postq̄ꝫ determinatū est de colore pallido: hic agit auctor de colore citrino et subcitrino scd̄m copulationem cum tenui substantia: ꝛ mediocri. vnde vrina in co-lore citrina vel subcitrina cum tenui substantia vel mediocri mul ta potest significare. Et hoc ꝑm diuersitatem etatū: cōplexionum ꝛ sexuū diuersa ꝛ diuersa habet figure. Unde vrina talis apparēs in iuuene flegmatico vel mulierico simplicem significat tertianā; ¶ Duplici. Secunda regula eadem vrina apparens in sene ter tianam duplicem significat. ¶ Continua puerum· Tercia re-

gula eadem vrina scilicet citrina tenuis apparens in puero signi-
ficat continuam. puer intelligitur hic vsq3 ad. l. iiii. annos. ¶ In
uenem cui semel. Quarta regula p̄dicta vrina in iuuene coleri-
co apparente cum pura z equali substantia: potes sanum coleri-
cum iudicare. ¶ Talem constituit. Quinta regula eadem vri
na apparente z precedēte: z precipue in tempore autūpnali vel hye-
mali z super longo tempore quartanam erraticā iudicabis. vnde
sciendum q̄ talis vrina apparet in die post accessionē. quia quāuis
de muliera naturali debeat apparere discolorata: tamē q2 febrilis
calliditas acensa fuit in materia: colorem recipit: z sic apparet ci-
trina vel subcitrina. ¶ Thoracis. Ista eadem vrina significat
vitium pectoris splenis z epatis: z sic distingue. Pectoris: q2 vri-
na fit citrina cum tenui substantia. Sed magis tenuis in superio
ri regione: z maxime cum granis z ampullulis: apparēte indicat
super pectoris vitiū: z stricturā: ratio huius sufficienter traditur
in cōmento. Splenis. Eadem etiam vrina citrina vel subcitri
na in calore: tenuis in substantia: z multum clara: radiosa vel vir-
gulata spleneticam significat passionem. Ista etiam vrina potest
significare emoroidam passionem. ¶ Sicut monstrat. Urina
citrina z tenuis multa in quātitate cum macilētia corporis ac sic
citate: z ventris cum stipatione: tunc epar distemperatū in siccita
te indicabit: ratio huius vero sufficienter traditur in commento.
¶ In febre. Alia regula vrina eadem citrina et tenuis: apparēs
in febre continua z accuta. Et hoc in principio: significat materie
cruditatem: z sic morbi longitudinē. Et ideo timendum est meri-
to: de virtute: ne deficiat. ¶ In medio. Talis etiam vrina si ap
pareat in febre continua z accuta in medio. scilicet egritudinis et
precesserit vrina rubea: vel subrubea nec facta sit aliqua purgatio
cretica supra frenesim ex raptu materie superius ad cerebrū iudi
cabis. S3 si facta fuerit aliqua purgatio cretica z talis appareat
tūc sup̄ alleuiatōe3 infirmi et ei9 cōualescentia ab egritudine iudi
cabis. ¶ Flātis z coleř. Regula vrina citrina cum tenui substā
tia coleram citrinam significat abundare. Notandum est q̄ co
lera citrina generatur ex cōmixtione colere rubee z flātis natura
lis. vnde ex albedine ipsius flantis rubido colore remittitur z sic
efficitur color citrinus: z ex spissitudine ipsius flantis colere tenui-
tas remittiť: z sic generať colera citrina vt dictū est z ex admixtio
ne isti9 colere citrine in vrina redditť min9 colorata z min9 tenuis
q̄3 ex admixtiōe colere rubee naturalis. ¶ Pl9 tenuē. Ista colera

citrina aut ē digesta aut idigesta. Si digesta tūc reddit vrinam mi
nus tenuem quia sui digestione vrina aliqualiter inspissat. Si ve-
ro illa colera citrina sint indigesta tūc reddit vrinam magis tenuē
q2 ꝓpter sui indigestionem nō resoluit aliqs humor grossus cum
vrina qui ipsam vrinā posset inspissare vel reddere magis spissam
¶ Intensam. Si illa collera citrina accedant ꝛ iflammenť cali
ditate febrili tūc ipsa vrina magis incendit in colore. Si vero sine
febre vrina remittitur. Et illa sufficiāt de illo colore citrino. ¶ Ta
lem constituit. Nota ꝙ si vrina citrina apparuerit in autūpno qn̄
brūne cadūt talis pōt significare quartanā ꝛ hoc dico erraticā et
dicitur planetica q2 tenet modū quorūdā planetaruꝫ sicut martis
mercurij: iouis: veneris: ꝛ saturni. ¶ In febre continua. Nota
ꝙ talis vrina. s. citrina ꝛ tenuis apparens in principio cōtinue fe.
significat longitudinē egritudinis qua termiabit ad mortē. Si au
tem appareat in medio siue in statu egritudinis significat raptuꝫ
materiei ad frenesim faciēdam. In fine autē egritudinis apparēs
bonā determinationem ipsius egritudinis significat. s. sanitatem.
¶ Cōmentum. ¶ Est multis tenuis. Post pallidū colorem a-
git auctor de citrino vel subcitrino scđm cōiugationē eius cum te
nui substantia ꝛ etiā cū mediocritate tenui. Urina citrina i colore
tenuis i substātia per totū ad diuersa equocať ꝛ signa p diuersita-
tem cōplexionū sexuū ꝛ etatē aliud ꝛ aliud habet significare. Nā
in iuuene flegmatico si talis appareat significat tercianā simplicē
non em̄ est accōmoda flegmatice cōplexioni cū in flegmatico sano
debeat esse pallida vel subpallida cū pura et equali substātia ꝛ me
diocri. Qđ ergo appareat citrina cōtra legē cōpletionis significat
excessum caloris ꝛ colericā accēsionē. Nā si flegma accēderet vt fa
ceret febrē substātiā inspissaret ꝛ colorē remitteret. Si mľia esset i
ea q̄zuis substātiā attenuaret calorē tamē nō intēderet. Si vero es
set in ea sanguis substātiā inspissaret ꝛ talis color intensior esset.
Seq̄tur ergo ꝙ talis vrina alijs circūstātijs circūscriptis in fleg-
matico corpore ꝛ in melēcolico significat tercianā simplicē. In sene
autē talis apparens significat duplicē tertianā ꝛ maxime in fleg-
matico vel melancolico q2 tū ex etate tū ex cōplexiōe magis distat
ab eius natura. Et ideo distemperātiā maiorē portēdit cuꝫ in sene
flegmatico vel melancolico debeat esse alba vel lactea ꝓpť defectuꝫ
naturalis caloris. Si vero in puero talis appareat vsqꝫ ad. l. iiii.
ānos febrē in eo significat cōtinuā: licet em̄ in pueris debet esse co-
lorata ꝛ spissa ex etate tū q2 meatꝰ sunt angusti nō pn̄t sic humores

emitti quorum admixtione cum vrina fit coloratio z cuius inspissatio remanet ergo discolorata: quare parū colerata in puero malus significat malum q̄ʒ multum colorata in iuuene. Est etiam discolorata in pueris ꝓpt̄ inordinatā dietā ciborum z potuū susceptionē z ꝓpt̄ gulositatem. ¶ Item vrina citrina et tenuis cū pura z equali substantia sanū significat colericū. Eadem longo tempore ꝓcedēte z maxime auptūno vel hyēme designat erraticā vel quartanam et talis apparet post diē accessionis. licet enim de melencolia naturali debeat esse discolorata. Tamen ex febrili distēperātia accensa materia occurrit citrina vel subcitrina. Item vrina citrina cū tenui substātia magis tenuis in supiori parte z precipue cuʒ ampullis z grauis significat vitiū thoracis z pectoris stricturam et quandā preparationem ad ptisim. Phisicā seu theoricam sic collige. s. q̄ sit tenuis cum tali colore non ex caliditate: q: calor intensior esset si se distemperantia caliditatis ingereret. Non est tenuis ex frigiditate quia intensio frigiditatis eam potius dealbaret humiditas non reddit eam tenuem quia potius inspissaret: Fit ergo tenuis ex siccitate. vnde distempantia siccitatis insinuat̄ in corpore: et maxime quia circa pectus z thoracē mēbra sunt sicca z ossuosa: z ideo adueniente distemperantia simili mari͡e leduntur sicut ex contrarijs iuuātur. Q̄d autem sit magis tenuis superius inde maior desiccatio circa thoracem ostenditur. q̄ si ampulosa appareat z granulosa: thoracē ex angustia z siccitate magis affligi significat. ¶ Item citrina vel subcitrina in colore: in substantia tenuis limpida multum z clara. Si fuerit quasi virgulata z fenestrata spleneticam passionē significat. vnde illa virgulatio fit. superiꝰ dictum est. Talis etiā vrina potest significare viciū condilomatum: z emoroidarū. ¶ Item vrina citrina z tenuis multa in q̄ᷓtitate cum siti et macilentia corporis: z constipatione ventris significat distemperantiam epatis in siccitate. Epar namqʒ siccum multuʒ attrahit de succositate ab intestinis. vnde vrina multiplicabitur. dolor adest in dextro ipocūdrio: z videt̄ pacienti q̄ quasi quedam flāma ad guttur suuʒ ascendat ex calido z fumo superius respirāte. ¶ Item vrina citrina et tenuis in fe. acuta in principio apparens significat cruditatem materiei ex cruditate ꝓlixitatem morbi. Et ex ꝓlixitate defectū virtutis minatur. vnde timendum est ne natura deficiat in via. Si vero in medio morbi z in statu talis vrina appareat p̄cedente rubea vel subrubea non facta aliqua purgatione cretica frenesim significat ex raptu materiei ad cerebruʒ.

Sed si precedente cretica determinatione vrina citrina et tenuis appareat tunc alleuiationem pacientis significat: et conualescentiam infirmi. et declinationem morbi. Littera plana est. ¶ Figuris. Idest significationibus. ¶ Niger humor. Idest melencolia. ¶ Triteo. Idest tertiana simplici. ¶ Duplici. scilicet tertiana ¶ Impedit. Idest inuadit. ¶ Fel. Idest coleram. ¶ Baractere. Idest dispositione. ¶ Quartana. Idest de multa naturali post diem accessionis. ¶ Planetica. Idest erratica. ¶ Autũpno. etc. In quibus frigidi humores impetum faciunt. ¶ Limine. Idest in principio in medio et in statu. ¶ Sub fine duelli Idest crisi celebrata. ¶ Flegmatis et colere. ¶ Alia regula ponitur de vrina citrina cum tenui substantia. scilicet quia talis vrina significat coleram abundare citrinã que generatur ex commixtione rubee colere et flegmatis naturalis: frigiditate et humiditate flegmatis remittitur calor colere et siccitas. ¶ Spissitudine flantis remittitur colere tenuitas. Albedo flegmatis ruborẽ colere remittit: et ita fit colera citrina ex qua redditur vrina minus colerata et tenui quam ex colera rubea naturali. Sed colera citrina Alia est digesta alia est indigesta. Ex colera citrina indigesta vrina redditur subcitrina: et multum tenuis. Et hoc ideo quia cum sui indigestione repugnat nature expellenti non emittitur aliquis grossus humor cum vrina: cuius admixtione vrina possit inspissari. Ex colera citrina digesta non repugnet expulsioni tunc aliquis grossus humor cũ vrina emittitur vnde a tenuitate immittitur. ¶ Si vero accendatur colera citrina cum distemperantia febrili: tunc vrinam reddit magis intensam in citrinitate. Sine febre vero reddit eam remissiorem. Colera vitelina disponit vrinã remissiorem quam colera citrina: et minus tenuem: quia fit ex cõmixtione vitrei flegmatis et colere rubee. Que vero accidẽtia sequantur ex colera citrina et vel vitelina ex aliis humoribus in libro nostro de sinthomatibus dicetur. ¶ Humor citri conterminus. Idest quod assimulatur malo citrino in colore. ¶ Vnio flegmatis et colere Idest commixtio. ¶ Conficit. Idest constituit talem humorem. ¶ Reddit. Scilicet vrinam citrinam in colore et tenuem in substantia. sed distinguc: quia. ¶ Crudus. Idest quando est indigestus reddit eam plus tenuem: quia magis resistit expultioni. ¶ Resolutus Idest digestus reddit eam minus tenuem. quia idem resoluitur et purgatur cum vrina et cum febre: quia nũc

materia inscenditur sine febre: quia febrili accessione remota calor materie antecedens lentescit.

¶ De ruffo colore et subruffo.

In ruffum vergens puri color emulus auri
Equalis: purus: medius: cui se liquor vnit.
Corpus eucratici validos denunciat actus.
In puero: iuuene: sene: flegmatico: muliere.
Ruffa manens tenuis notat hec incōmoda febris.
Continuam: triteum: duplicem. Sed tempore longo.
Epatis offensam: vel febrem quadriduanam.

¶ Expositio. ¶ In ruffum. Determinatio de colore citrino et subcitrino: consequenter agit hic de colore ruffo. scilicet in similitudinem auri puri. Regula vrina ruffa vel subruffa in colore est pura et eqnali et mediocri substantia: corpus eucraticuȝ significat idest in optimiate complexionis. et hoc habetur a Gal. in primo de crisi. In capitulo de vrina. ratio huius est: quia cuȝ corpus eucraticum sit in temperamento vrina existens in temperato habet ipsi attestari: quia color ruffus medius est inter colores significantes excessum in frigiditate et excessum in caliditate. Et etiam substantia vrine media est inter tenuitatem et spissitudinem. et ita significatur temporamentum in siccitate et humiditate. Est ista est sententia tertium priorum versuum. ¶ In puero. Alia regula de ruffo colore cum substantia tenui: et habet tercia membra. et sunt ista. Quotienscunqȝ videbis talem vrinam ruffam vel subruffam in colore: et tenuem in substantia in puero: iudica fe. continuam: in iuuene iudica simplicem tertianam: in sene et flegmatico et muliere iudica duplicem tertianam. ¶ Sed tempore longo. idest si talis vrina apparet longo tempore precedente: nec adsit fe. calefactionem epatis iudicabis. Sed si sit febris tunc illa febris est quartana et maxime in autumpno et hyēme. ¶ Commentum. ¶ In ruffum vergens. Post citrinum colorem agit auctor de ruffo colore et subruffo scd̄m coniugationē tenuis substantie et spisse: vel mediocriter tenuis vel mediocriter spisse. Et primo ostendit qua sit vrina eucratici corporis; et eucratici coloris. vrina namqȝ

ruffa vel subruffa in colore puri et equali z mediocris in substan
tia corpus eucraticũ significat. Designat nãq; temperantiam hu
morum z equalitatem. Et talis color fit ꝓpter temperãtiaz caliditatis z frigiditatis. et talis substantia fit propter tẽperãtiam sicci
tatis z humiditatis. Vel aliter ex calidis humoribus vrina fit co
lorata: ex frigidis discolorata. ergo ex temperantia eorum ex equa
li cõuenientia nec colorata nec discolorata apparet: sed poti⁹ ruffa
cũ quadã rutilantia z claritate: tãq̃ aurũ eurizon qui color equa
liter distat ab extremis. Etsicut est medius ita z mediocritatẽ de
signat. Ex siccis humoribus vrina attenuatur. Et ex humidis in
spissatur ergo ex equali cõuenientia et concursu eoꝛ; fit vrina in
substantia mediocris: vt magis vergat in tenuitatẽ q̃z in spissitu
dinem. Equalitas subẽ nullã significat in corpore fieri ꝑturbatio
nem. Nam quibus vrine distantes sunt hꝫ humoꝝ in corpore fit
perturbatio. Puritas substãtie quando. s. non est obscura nec obũ
brata nec feculenta significat naturalis caloris fortitudinem valẽ
tis humorem depurare. Q̃d si ruffa sit in colore z mediocriter spis
sa cum pura z equali substãtia sanũ significat sanguineum z tem
perantiam humorum significat. sed inequalitatem humoꝝ q2 sig
nificat dominium sanguinis. ¶ Color vrine vergens in ruffum.
Idest expresse ruffus vel emulus ruffedini. ¶ Puri auri. Idest
similis puri auri idest eurizon. et dicitur eurizon ab eu qd̃ est bo
num et rizon qd̃ est aurũ inde eurizon idest bonũ aurum: q2 auro
bone radicis assimulat̃: non auro alezca vel aluca veniente qd̃ est
pallidum. ¶ Cui. Idest colori p̃dicto. ¶ Se vnit. Idest copu
lat et associat. ¶ Liquor. Idest substantia. ¶ Equali. scilicet sine
aliqua perturbatione z non est distans scd̃m omnes sui partes.
¶ Purus. Ab omni nebulositate. ¶ Medius. idest mediocris in
ter extremitates. Talis inq̃z. s. color Denunciat. idest exprimit.
Validos actus. idest perfectam oꝑationem virtutũ ex tẽperãtia
z equalitate humoꝝ corporis p̃cedente: non cuiuslibet: sed eucrati
ci bene tẽporati. ¶ In puero iuuene. zc. Alia ponit̃ regula de ruffo
colore cum tenui substantia quia in puero significat fe. continuam
significat in iuuene. Triteum. Tertianam simplicem. ¶ Sed
in sene flegmatico z muliere significat duplicem tertianam. Tẽ
pore longo. Precedente febre circunscripta significat offensã epa
tis. idest calefactionẽ. ¶ Febrem quatriduanã. idest quartanã no
tã significat. si diu talis vrina sup̃dicta appareat cũ febre: z hoc. s.
maxime habet veritatem in autũpno z in hyẽme. Rõs vero horũ

accidentium causa breuitatis ptransim⁹: quia in cap. de colore ci-
trino de hijs sufficienter explanauimus. zc.

¶ Alia regula de colore ruffo.

Principio cause dum sunt noua semina morbi.
Ruffa parum tenuis: cuius summam regionem.
Nubes rara tenet: motu generata caloris:
De salso tipicam succendit flegmate febrem.
Sed triteum morbo iam procedente figurat.
Spissa parum iam non triteum: magis inductiosam.
Indicat ex salso: vel dulci flegmate febrem.
Flegmatis at salsi mordax exuberat humor.
Et sine febre furens enormes excitat actus.
Extremas pungens feruoris acumine partes.
Si subruffa parum tenuis nec nubila fiat.
Et talem seruet constanti tempore formam.
Idropico talis portenditur exitialis.

¶ Expositio. ¶ Principio cause. Hic datur alia regula de colore ruffo cũ substãtia mediocriter tenui: z est. s. vrina ruffa in colore et mediocrit̃ tenui in substãtia in principio passionis nebulosa z vmbrosa ex motu caloris p resolutionẽ fumositatis significat febrem interpollatã de salso flegmate. Sz egritudine iam pcedente significat tercianã. Unde sciẽduz est q si a principio morbi vrina magis accedat ad spissitudinẽ q̃z ad subtilitatem: tũc sine dubio significat quottidianã soluz interpollatã sup̃ de flegmate salso vel dulci: de salso si accedat ad spissitudinẽ. De dulci si icipiat inspissari. De ista est sentẽtia septia versuũ vsqz ibi flegmatis at salsi. Alia regula. Urina ruffa i colore cũ mediocri tenui substãtia: nõ superius obũbrata: cũ impura z inequali substãtia flegma salsum significat abũdare sine febre. Debet tamen ista vrina in supiori parte esse magis spissa: vrina ista reddit̃ in colore medio mediocri. s. subruffa qz pro mediocri calore ipsius flegmatis salsi mediocris fit ebulitio: z sic mediocris color fit: non obũbrata qz nõ est ibi febris. inequalis est substãtia: qz ex flegmate debet esse spissa z ex siccitate qz salsum debet esse tenuis: z sic ex vtraqz reddit̃ inequalis. s. superi⁹: z tenuis inferius. Et ideo notandũ est q ex isto flegmate salso z mordicãte z abundãte attrahit̃ ad extremitates. s. manus z pedes: et hoc ra-

tione mobilitatis istarũ partiũ. Unde vrina aliquotiẽs significat pruritũ p totũ corpus vniuersaliter: et aliqñ particulariter: si ergo p totã vrinã appareant resolutiones tunc p totũ corpus vniuersaliter: scabies iudicatur. Si vero in superiori parte vrine tũc in superioribus mẽbris pruritus et scabies signi in media regione vrine: tũc iudicium est nutritiuorum membrorũ. Si vero appareant in infima regione tunc scabies et pruritus pedũ tibiarum et coxarum significatur. ¶ Si subruffa. si talis vrina subruffa in colore: parũ tenuis in substãtia: sine nubulositate appareat per longũ tẽpus in idropico: tũc significat destructionem et mortẽ: sic dicetur in cõmento: et hoc cõuenit ipocra. in pnosticis: dicit enĩ omnis nãq; idrops. etc. et in theophilo. ¶ Cõmentũ principio cause. Alia regula de ruffo colore cũ substãtia mediocriter tenui. ¶ Dum sunt noua semia morbi id in pricipio passionis dum passio adhuc est noua et tenera. ¶ Ruffa in colore. ¶ Parum tenuis. i. a tenuitate remissa. ¶ Nubes rara. idest nebulosa quadã vmbrositate motu caloris per resolutionẽ fumositatis generata. ¶ Tipicã. idest interpollatã. ¶ Triteũ. idest tertianã. ¶ Morbo accendente. idest iã materia digesta. Sz si in principio appareat parum spissa. idest magis accedẽs ad spissitudinẽ q̃ ad tenuitatẽ iã non significat nisi quottidianã: et sublata est equiuocatio tertiane. ¶ Induciosam. idest interpollatã de salso flãte si accedat ad spissitudinẽ. ¶ Uel dulci. Si ispissari incipiat. ¶ Flegmatis at salsi. Ponit regula de ruffo colore cũ mediocrit tenui substãtia: quã sic collige. Urina in colore subruffa: et in substãtia mediocriter tenuis: et nõ superius obũbrata: cum impura et inequali substãtia flegma salsum sine febre significat: abundare. Sed in superiori pte debet esse magis spissa: et ex equalitatibus flegmatis salsi vrina reddit in colore mediocris. s. subruffa: q2 p mediocri calore flegmatis mediocriter fit ebulitio: et p mediocri ebulitione fit mediocris: et nõ est obũbrata: q2 nõ est accẽsio febrilis caloris. inequalis est in substantia: q2 ex flegmate debet inspissari: et ex siccitate attenuari ergo pro vtraq; reddit inequalis substantia. scilz supius: et inferius tenuis. Spissa est vrina superius: q2 cũ ipa vrina effundit aliqd spiritus et fumositatis: et qd leue est de natura petit supiora: qd vero in vrina est subtile p spũs ascendit et pforatur ab illis: qd vero superius est natat per vrinaz impellit ergo ad supficiẽ materia: et inspissat vria. itẽ ex mediocri calore illius flãtis aliqua fit ebulitio: et per eam alique partes resoluuntur ex humore: que leuigãte et inspissate: petunt superficiem. ¶ Mordax. idest

mordicans membra et pungens propter coloricā infectionē. ¶ Enormes actus. idest pruritum et scabiē. ¶ Extremas partes. sicut manus et pedes et crura. Ad istas enim partes rōe mobilitatis potius attrahuntur et pelluntur superfluitates. Sed distingue. quia quādoq; vrina significat vniuersalem pruritū multū totius corporis quandoq; particularem: vt in supremis partibus. vel in infimis vel in medijs. Si ergo appareant resolutiones in suprema parte vrine tunc superiorum partium significatur pruritus: si in media nutritiuorum. Si inferius coxarum crurum et pedū. Si autē per totam vrinam appareant resolutiones. totius corporis scabies et pruritus indicantur: ¶ Subruffa. idest parū tenuis: quia sine febre. ¶ Nō nubila. idest nō nubilosa. ¶ Cōstanti tempore. vt propter perseuerantiam malicia designetur. ¶ Idropico. idest leucofantico. ¶ Talis. idest ruffa vel subruffa. ¶ Portenditur ericialis. idest funesta et perniciosa quia febrem significat accendi in humoribus facientibus idropisim: qui cū multi sint prius cōsumitur subtilis humiditas calore febrili q̄z ipsi recipiant aliquā diminutionem Omnis nāq; idrops in accuta egritudie malū vt dicit ypo. i pnosticis. Infestatur enim paciēs fe. grauedine et dolore et triplex funiculus difficile rūpitur: et ideo ericialis idest mortalis est in idropico talis vrina: quia significat speciem idropisis incurabilē. s. ascblitē et tipatem. Itē habetur apud theophilū dicentem vrina ruffa in idropico mala: quēadmodum aquosa vtilis.

¶ De ruffo colore cū substātia mediocriter spissa.

Ruffa parum pinguis: retinens vmbracula nubis
Indicat accendi febrem. de flegmate dulci.
Infra subsistens: color: et substantia constet.
Flegmatis excessus dulcis sine febre notatur.
Ruffa parum pinguis: tenuis vel liuida constans.
Membra quibus fiunt spiramina: flegmate dulci.
Vel saso monstrat: certa ratione grauari:
In muliere magis portendit probra monete.
Si color est ruffus: pinguis substantia: febrem.
Signat continuam de flegmate vasa tenentem.
Si sit causa recens: et summum liuor obumbret.
Aut minor innuitur: aut pleuresis insinuatur.
Si vetus: ascblites magis: aut empima notatur.

Debile reumata membrum turbante querela.
Disponit poterit pinguis:ruffiq; coloris.
Si spumosa magis fiat:cinerisq; coloris.
Emula:distincte liuens:subruffa remissa.
Ad loca pulmonis morbus lateris peregrinat.
Pinguis:ruffa:parum liuens:oleagina:crinis.
Obsita sit febris ethice ligata fidelis.

¶ Expositio. ¶ Ruffa parum. Postq̄ determinatū est de ruffo colore cum tenui substātia: et mediocriter tenui. hic dat regula de ruffo colore cū substātia medocrit spissa. Regula est ista quādocū q; videbis vrinā in colore ruffam:in substātia mediocriter spissam et superi⁹ obūbratā cū nō pura et iequali substātia:iudica quottidianā de flāte dulci. ¶ Infra subsistens. Si autē color remittatur et sit subruffus et remāeat substantia mediocriter spissa: tūc significat abundantiam flātis dulcis sine febre. ¶ Ruffa paru; pin. Alia regula q̄tienscūq; videbis vrinā ruffam in colore in substātia mediocriter tenuē:vel spissam:et sit in supiori parte liuida lōgo tēpore talis pseuerans. significat flegma dulce vel salsum in spūalibus abūdare. ¶ In muliere. Si talis vria appeat in muliere hic color significat matricē p̄grauata; ex flāte salso vel dulci:quia quidā meatus cōes sunt vijs vrinalib; et matrici. Et tūc apparēt i vrina q̄dā resolutiones:q̄nq; albe:q̄nq; nigre squamose: et nō distinguit liuiditas in vrina nisi cū manus appositione. pter h q: ruff⁹ color impedit et tunc cū in matrice materia est contēta adest dolor in dextro ipocūdrio cū inflatione quadā et extensione. ¶ Si color est ruffus. Alia regula de ruffo colore cū substātia p totu; spissa: et est ista. Q̄ñcūq; videbis vrinam ruffam vel subruffam in colore: et in substātia per totū spissam:obūbratā et obscurā sine liuiditate: tūc iudica febrē cōtinuā de flegmate naturali intra vasa putrefacto.etc. ¶ Si sit causa recens. Alia regula quotienscūq; videbis vrinā ruffam in colore:in substātia per totu; spissam:liuidā superi⁹ manu opposita sine resolutionib; furfureis tpe pauco pcedentem minorē emittriteū iudicabis. Est autē minor emittriteus fm q̄ vult auctor sequens petri musandini auctoritatē ex colera putrefacta extra vasa ex flāte intra. Ex colera vria deb; colorari et ex flegmate discolorari p totu; mixtione cū vrina. Et ita ex vtroq; reducitur ad mediū colorem. s. ruffum vel subruffu;. Liuida est ista vrina superi⁹ pter humoris corruptione;. Et q: humor corrupt⁹ est

paucus et etiam ruffedo vrine impedit nō apparet liuiditas nisi opposita. Hec sūt accidētia que cōcomittant̄. s. frigiditas extremi tatū ad horā vespertinaʒ. vñ licet colera dñiū habeat a tercia hora diei: tamē ꝓpt̄ flegma putrefactū a motu ꝓpria retardata legē ipsiꝰ flegmatis sequit̄ ꝛ hoc scriptū est in cōmento. ¶ Aut pleuresis. Alia regula. Urina ruffa in colore: i substātia per totuʒ spissa: liui/da supius ꝛ turbulenta: in recenti tpe significat pleuresim. Et est sciendū ꝙ pleuresis vt vult Gal. in scdo de crisi. iiii. sunt accidētia sibi ꝓpria. Unū est dolor lateris pungitiuus. secūdū est fe. cōtinua tertiū est tussis indefficiens. quartū est difficultas inspirādi. Que vero sit differentia inter vrinā significātē minorē emittriteū: ꝛ vri/nā significantē pleuresim satis habet̄ in cōmēto. ¶ Si vetus as/chlites. Alia regula. vrina ruffa ꝛ superiꝰ liuida longo tpe ꝓceden te significat idropisi asceblitē vel empima cū disnia. ¶ Debile. Uri na ruffa in colore in substantia spissa supius liuida ꝛ granulosa si/gnificat materiā reumaticā ad mēbra debilia descendētē ꝛ aposte/ma facientē: puta sub axellis: ꝛ in inguinibꝫ. ꝛ etiā in mēbris gene/ratiuis: in q̄bus ꝓpt̄ plurimā neruositatē viget sēsibilitas doloris ꝛ omnis dolor exacuit reuma: vt vult Gal. ¶ Si spumosa. Alia regula. Urina subruffa in colore a media regione supius. distin/cte liuens ꝛ quasi subcinericia multū spissa vel spumosa in pleure si: p̄cedēte ruffa intēsa significat cōuersionē pleuresis: in peripheu/moniā. Fit autē in vrina subruffa ꝑ translationē materiei a loco sē sibili ad locū quasi non sensibilem. s. mēbrū flegmaticum videlicet pulmonem. ¶ Pinguis ruffa parū. Alia regula. Urina ruffa in colore: in substantia spissa: magis tamē supius ꝙ̄ inferiꝰ opposita manu in superficie liuida ꝛ oleagia cū crinoidibꝫ ꝛ resolutionibus multo tempore ꝓcedente significat tercianā speciē ethice. ¶ Com mentū. Ruffa parū. Expeditū est de ruffo colore cū tenui substan tia: vel mediocrit̄ tenui. Nūc autē ꝓponitur regula de ruffo colore cū mediocriter spissa substātia quasi incipiēte inspissari q̄ sic colli/ge. Urina ruffa in colore: mediocriter spissa in substātia: superius obūbrata: cū nō pura ꝛ inequali substantia: significat quottidianā de flegmate dulci. Si autē sit subruffa manente eadē substantia si/gnificat abūdantiā flegmatis dulcis sine febre. Et distingue. s. ꝙ illud flegma dulce habet imutare vrinaʒ duobꝫ modis. s. substan/tia vel sui admixtione: ꝛ tūc cū fit illud flegma albū ꝛ spissum red/dit eam. s. vrinā albā ꝛ spissam minus tamē albā quod flegma na/turale: ꝛ magis spissam quā flegma salsum: cū maiori humiditate

participet: quia qualitatibus sanguineis est ifectuȝ. Item flegma dulce immutat vrinā ex qualitatibꝫ suis: ꝛ reddet eā ruffam ꝛ subruffam ꝛ spissam ꝓ mediocri calore suo: ex q̄ mediocris fit ebulitio ꝛ ex mediocri ebulitiōe cōtingit mediocris color. Est spissa ꝑpter humiditatem. Est inequalis substantie: qꝛ nō est equaliter spissa ꝑ totū. Spissa significat fieri perturbationē ex qua perturbatione generātur fumositates multe: ꝛ ventositas emissa cū vrina diuel/lit: ꝛ impedit humores ꝑ vrinam. ꝛ ꝑ idem fit inequalitas substantie: cū magis impellat᷑ de humoribꝫ in vna pte q̄ȝ in alia. Impuri/tas substātie sig. defectū caloris naturalis nō valētis deputare vri/nā. q̄ sunt accidētia dulcis flegmatis vel salsi i libro nr̄o de sinthomatibꝫ requiras. ¶ Parū pinguis. idest mediocriter spissa: quasi remissa accedēs ad spissitudinē aut icipiēs inspissari. ¶ Infra subsi/stens. idest ruffa vel subruffa. ¶ Ruffa parū tenuis. Alia ponit᷑ regula de ruffo colore cuȝ mediocriter tenui substantia vel mediocriter spissa: q̄ sic colligit᷑ vrina ruffa in colore: in substantia mediocriter tenuis: vel spissa: longo tempore liuida perseuerans: in supe/riori parte: flegma salsum vel dulce in spiritualibꝫ existēs in pigui/bus abūdare significat. Si mediocriter tenuis sit vrina: fit de dul/ci flegmate. Si mediocriter sit spissa ꝛ adsit febris: fit de materia i spiritibꝫ cōtenta. Sed flegma salsum vel dulce in sp̄ualibꝫ existens ex calore coꝛ ꝛ modo ebulitionis corrumpit᷑ facile: ergo reddit eaȝ ꝑ totā liuidā. Sed liuiditas illa ꝑpter colorē vrine ruffe vel subruf/fe nō est ꝑceptibilis nisi facta manꝰ appōe: ꝛ tunc dn̄t hec accidētia cōmitari. s. tussis: stricturra pectoris: ꝛ angustia respirandi. Si talis appeat in muliere hic color significat matricē p̄grauari a salso flegmate vel dulci: hꝫ nāq̄ȝ matrix cōmunes meatus cum vijs vrinalibꝫ. ꝛ tunc adsunt q̄dam resolutiones: que sunt quādoqȝ nigre squamose et nō est distinguendū de liuiditate nisi cū manꝰ appositione. Et adsunt etiā hec accidētia cū materia i matrice cōtinetur sciȝ dolor in dextro ipocūdrio cū extensione ꝛ inflatione quadam. ¶ Constans. idest permanens diu talis. Quibꝫ fiunt spiramina. idest membra spiritualia que deseruiunt spirationi. ¶ Probra moneté. idest vicium matricis ex repletione superfluitatum. Matrix moneta dicit᷑ methaforisme qꝛ sicut suꝑ incudem moneta tundit᷑: sic in matrice fetus monerat᷑. Matrix plerūqȝ onerat᷑ ex flegmate salso ibi existente p̄ter naturā ꝛ corrūpit᷑: ꝛ redūdās ꝑ venā cōcauā ad epar sanguinē inficit: ꝛ ꝑ meatꝰ vrinales redūdās ad vesicā vri/nā inficit; ꝛ liuidā reddit ex sui admixtione. Sūt autē meatꝰ vrina/

les coniuncti ꝛ alligati matrici: et tūc apparent quedā resolutōes qn̄qȝ albe qn̄qȝ nigre ꝛ squamose nec distiguit̄ liuiditas nisi apposita manu qꝛ sub ruffo colore delitescit: hec accidentia debent adesse scilicet dolor sub sinistro ipocundrio cū extensione quadā et inflatione. ❡ Si color est ruffus. Alia regula de ruffo colore cū prorsus spissa substantia: quā sic collige. Urina ruffa in colore: vel subruffa in substātia ꝑ totū spissa: supiꝰ per totū obumbrata ꝛ obscura: sine liuiditate quottidianā significat de flegmate naturali. Item alia regula. Urina ruffa in colore: in substātia ꝑ totū spissa apposita manu: in superficie liuida: sine resolutionibꝫ furfureis pauco tēpore ꝓcedente sig. minorem emittriteū. Fit autē minor emittriteꝰ ex colera putrefacta extra vasa et ex flegmate intra. Et ex colera debet vrina colorari. Sȝ ex flegmate debȝ discolorari: ergo et vtraqꝫ in colore debet fieri mediocris. s. subruffa ꝛ ruffa ꝛ est superius magis spissa: ꝓpter assignatam causaȝ: quā p̄misimꝰ de vrina significante quottidianā interpollatā de flegmate salso. Liuida in supꝑficie est ꝓpter corruptionē humoris: ꝛ ꝓpter incidentem ebulitiōeȝ ꝛ qꝛ paucus est humor corruptus: ꝛ ꝓpter vrine ipsius ruffitatē nō potest distingui liuiditas: sine manu opposita. Et hec accidētia debent cōcomitari. s. frigiditas extremitatū ad horā vespertinā: et h̄ ꝓpter colerā putrefactā extra venas cuius fit dominiū a tercia hora diei: tamē a ꝓp̄ꝗs motibꝫ retardat̄ ꝓpter flegma putrefactum in vasis. Et sequitur legem flegmatis et sunt in summo labore vsqꝫ mane: quia de vtraqꝫ materia affliguntur: et tunc vsqȝ ad horā tertiam sunt in summo labore: quia duȝ altera materia putrescit: alia preparatur ad putrefactionem: et a tercia hora vsqȝ ad horam vespertinam sunt in falsa quiete: quia tunc de altera affligitur et tunc insurgit paroxismus. Et in accessione iacet oculis clausis: ꝛ palpebris oppressis: nec oculos aperit: nisi vocetur ꝛ hoc accidit: ꝓpter fumositatem resolutam: humiditate fumosa petente caput ꝛ relaxante palpebras oculorum. Non hos latet sententia ferrarij et plotearij: ꝛ magni iohannis de sancto paulo: qui asserebant minorem emittriteuȝ de colera intus putrefacta: ꝛ flegmate extra Sed eorum sententie sunt dimittende. Et petri musandini auctoritatem sequimur. ❡ Si sit causa recens. Alia regula de vria ruffa in colore: in substātia ꝑ totū spissa: superius liuida ꝛ turbulenta in recenti causa: pleuresim significat: quā consequuntur: hec accidētia scilicet febris accuta: dolor lateris pungitiuꝰ: tussis ideficiēs

difficultas inspirandi. Sed quare hec sint i regulis de vrina signi/
ficance materiam in spiritualib9 determiatū est. Sed nota hāc dif
ferentiam inter vrinā significantē minorē emittriteū: z vrinā signi/
ficantē pl euresim. Nam in pleuresi magis distinctā habet liuidita
tem q̄z in minori emittriteo. Et in pleuresi non est tipus qui est in
minori emittriteo. ¶ Si vetus. Alia regula. Urina ruffa z liuida
superius longo tempore ꝓcedente aschlitē significat vel vitiū em
pimatis cum vitio disnie: vnde vero habeat liuere in aschlite req/
rendū est in predictis. ¶ Debile. Alia regula. Urina ruffa in colo/
re in substantia spissa superius liuida z granulosa significat aposte
ma in inguinib9 vel sub assellis aut in membris genitalibus: in qb9
ꝓpter plurimam neruositatem vergit sensibilitas doloris.. Ex do
lore prouocatur impetus reumatum. Omnis namq̄z dolor exacu/
it reuma vt asserit Gal. ¶ Si spumosa. Alia regula. Uria subruf
fa in colore remissa in subruffitate: a media regione superius dist
cte liuens: et quasi subcinericia multum spissa vel spumosa i pleu/
resi: precedente ruffa intensa significat conuersionē pleuresis i pe/
ripheumoniam. Fit autem subruffa per translationē materiei a
loco sensibili ad locum quasi insensibilem. s. ad membrum flegma
ticum. s. pulmonē: a medio superius est quasi liuida ꝓpter inciden
tem ebulitionem: z ex corruptione materie. z ex conuersione ei9 in/
saniem: cuius pars ad vrinales meat9 ad venā concauam trāsmit/
titur: z per vrinā purgatur: que ebulitio leuigata z purgata z a spi
ritu impulsa superficiem vasis petēs reddit eā talis coloris. Sub
cinericia est ex resolutione partium pulmonis. Pulmo em̄ est qua
si subcinericij coloris: sed spumosa est ex motu pulmonis assiduo.
¶ Pinguis: ruffa parum. Alia regula. Urina ruffa in colore: i sub
stantia spissa magis tamen superius q̄z inferius: apposita manu:
in superficie liuida z oleagina: cum crinoidib9 resolutionib9 longo
tempore significat tertianam speciem ethice longo tempore proce/
dente: ideo additur: q2 febris hec cum sit habitudinalis: non adue/
nit nisi cum longo tempore talis color fit ex colore membri ex quo
cum fiat aliqua ebulitio in membris talis protendit color. Qd ap/
pareat liuida: fit ex corruptione substantialis humiditatis. Qd ap
pareat oleagina: fit ex pinguedine a mēbris resoluta. vt in vrina su
pernatante. Sed non potest distingui vnctuositas vel liuiditas ni/
si manus sit apposita ꝓpter paucitatē ipsius pinguedinis: z ꝓpter
ruffum colorem ipsius vrine. Crinoides resolutiones fiunt ex ca/
lore infixo membris z eorum parte dissoluente. Hec accidentia cō/

comitantur.s.color continuus ꝑter continuam distemperantiaꝫ mēbrorū sed tamē lentus: qꝛ non fit ex materia sed ex humore. Calor in nodis manuum et pedum ex colerica fumositate procedente a spiritualibus. Rubor ganarū ex colerica fumositate eas iflamāte. dolor sinistre spatule: qꝛ cū sit alligata cū spiritualibꝫ quasi contrahitur: ꝛ desiccat. Soluitur ergo cōtinuitas ꝛ fit dolor: tussis varia. quandoqꝫ fit tussis sicca ꝑter siccitatem qn̄qꝫ humida ex aliqua supfluitate contēta in spiritualibꝫ. Macies tocius corporis ex calore membris infixo consumente membra ꝛ dissoluente. vngues autem attenuantur ex reuerberatione vaporis: vnde in medio ꝓpelluntur. ꝛ in lateribus constringuntur. Littera plana est ex predictorum determinatione. ¶ Pinguis. non vnctuositate sed spissitudine. pinguis nāqꝫ in hac facultate equiuocatur. ¶ Continuaꝫ non ꝙlibet se cottidianaꝫ de flegmate naturali. ¶ Reumatica sicut in apostematibus. ¶ Empima. idest sputum saniosum ex emoroide precedente. ¶ Morbus laterisqꝫ. idest pleuresis. ¶ Peregrinat. idest transferri significatur. ¶ Crinis. Que sunt. s. crinoides resolutiones. In tractatu de contentis sufficienter dicemꝰ. ¶ Febris ethice. Quantum ad tertiam speciem.

¶ De colore rubeo.

Clara rubens triteum: duplicem: vel epar calefactum.
Quartanumqꝫ potest insinuare tipum.
Hec: mora vel breuitas: nubes: tempus: status: etas.
Hec probat infirmi passio: forma: locus.
Ut stabili pede vadat sententia sunt hec.
Omnia iudicio discutienda tuo.

¶ Hic de colore rubeo. Regula vrina in colore rubea: in substantia mediocriter tenuis obumbrata superius ꝛ magis spissa ꝙ inferius: significat duplicem tertianam. Et tunc ista accidentia cōcomitātur. s. dolor capitis maxime in dextera parte: vbi est dominiuꝫ coloꝛe: sitis: amaritudo oris: tinnitus auriū. Et est notandum ſm diuersitatē subiectorum in vrina hꝫ varias ꝛ diuersas significationes: qꝛ talis vrina in iuuene ꝛ colerico simplicem significat tertianam: in puero cōtinuā. ¶ Uel epar. Eadeꝫ vrina rubea ꝛ clara ex longo ꝓcessu tp̄is apparens. ꝛ febris non adsit calefactionē epatis significat. Significat etiam quartanaꝫ notā. Et omnia ista discer

nuntur p conditiones cōsideratas sicut ostēditur in sequētibus. vnde qñ est simplex tercianā tunc vrina debet esse magis tenuis. Sed in duplici debet esse vrina magis rubea:et superi⁹ magis spissa:et quasi accedens ad subnigredinē. ¶ Hec mora idest q2 si tēpore longo vel breui laborauerit infirm⁹: possumus discernere scilicz quattuor egritudines dictas: vtrū patiatur febres vel epatis calefactionē: vel quartanā. Sit enī q in modico tempore laborauerit: vrina tali p longū tps pseuerāte: tunc significat aut distemperantiā epatis in caliditate: aut quartanā febrē. Sz distinguit sic q2 ex calefactione epatis vrina est superius obūbrata: cū quadā spuma crocea: viridi vel subnig. Sz in febre quartana ista deficiūt. ¶ Rubes. s. si vrina sit tenebrosa z nebulosa in superiori parte: tūc duplex terciana: vel epatis calefactio iudicat. ¶ Tps. s. tempus anni: q2 si sit estas: significat tertianā vel calefactionē epatis. Si vero hyēps vel autūpn⁹ quartanā. ¶ Status. s. complexio q2 in colerico corpore sigt talis vrina tertianā simplicē. in ml'ico z flātico duplicē tertianā ¶ Etas q2 si puer sigt cōtinuā. si iuuenis tercianā simplicem. si senex duplicē. ¶ Passio vtrū de tercio in terciū vel de quarto in quartū q̄tū ad quartanā. vel vtrū cum tipo vel sine tipo: q2 si cū tipo iterpollata significat. si sine tipo cōtinua. ¶ Forma habitudo corporis. s. si pinguis carnosus vel macer. ¶ Loc⁹. s. regio calida vel frigida: vel. ¶ Loc⁹. s. vtrū i dext° ipocūdrio vel sinistro. ¶ Ut stabili. medicus qui sapienter z bm vitatem vult iudicare: vt suū iudiciū firmū sit: z verū: dz singularit cōsiderare oēs istas conditiones sicut dictū est. ¶ Cōmentū. ¶ Clara rubēs. In h capitulo ponunt regule de vrīa rubea cū tenui substantia: z cū spissa z cū mediocriter spissa: vel mediocriter tenui. Urina g in colore rubea: in substātia mediocriter tenui: superi⁹ obūbrata: z magis spissa q̄z inferi⁹ tertianā duplicē significat. Talis color fit ex intensiōe caloris: z ex rubeitate ipsius caloris: et talis substātia fit ex siccitate. Hec ergo debēt adesse accidētia vel sinthomata. s. dolor capitis in dextra parte: vbi est dominiū colere: sitis: amaritudo oris: aurium tinnitus. Sed talis vrine significatio variat pter diuersitatē subiectorū: sicut dictū est de vrina ruffa. In colerico nāqz z i iuuene si talis vrina appareat sigt tercianā simplicē. in flegmatico z mlico sene z in muliere in nouitate cause talis occurrens tercianā simplicē significat. i puero cōtinuā ex lōgo processu tpis. Et circūscripta febre significat calefactiōez epatis: talis etiā designat quartanā notā. Et hec oia apte distigunt cirstātijs solū inspectis. ¶ Cla

ra.idest tenuis. ¶ Rubēs.s.in in colore. ¶ Triteū duplicē.idest ter
tianā duplicē de materia colerica in duplici loco putrefacta simpli
cē etiam significat ⁊ tunc debet esse magis tenuis:qm̄ vnica ⁊ sin-
gularis materia putrescit:sicut colera:vnd nō est tātus impetus
ebulitionis. Eadē significat duplicē tercianaȝ de duplici materia
collectā in duplici loco putrefactā:q̄ discritas accessiones:hȝ quot
tidie q̄bus inuadit paciētes.Sed dicim⁹ in terciū grauius si cōfu
sas habet materias more terciane simplicis affligit:sed grauissi-
muȝ facit insultū:ꝑpter putrefactionē duplicis materiei:et eadem
signa sūt in simplici:sȝ tunc dȝ esse tenuis:qꝛ vna ⁊ singularis ma-
teria putrescit:vn̄ nō est tantus ipetus ebulitiōis. In duplici aūt
vrina magis dȝ erubescere:⁊ magis superius inspissari:⁊ quasi ad
subnigredinē accedere. ¶ Mora tempis vt si lōgo tpe laborauerit
egrotās:inde medicus ꝑpendere pōt:aut febrē aut epatis calefacti
onē:aut fe.quartanā. Nā si de nouo incipiat laborare:⁊ talis appa
reat:de febre tertianā p̄sumēdū est.Si cū̄ longo tpe laborauerit:⁊
ex longo tpe talis ꝑseuerauerit p̄sumēdū est de distēperātia epatis
aut de febre quartana.Sed distinguc:qꝛ ex distēperātia epatis de-
bet esse obūbrata in superficie:⁊ spumosa cuȝ quadā croceitate vel
subnigredine:vel viriditate dȝ ꝑfundi:q ð sig.est incēsionis.i fe.aūt
quartana h̄ se abūtāt accidētia. ¶ Nubes.idest nebulositas ⁊ tene
brositas in sup̄ficie quātū ad duplicē tercianā vel epatis calefactio
nē. ¶ Tp̄s.idest anni ex quo morb⁹ pōt certificari: Nā si estas fue-
rit talis.sig.tercianā vel epatis calefactionē. Si hyēps vel auptū-
nus quartanā. ¶ Status.quātū ad cōplectionē q̄ rei est substan-
tialis:⁊ q̄ stante subiecto euanescere nō pōt:in colerico nāqȝ corpo-
re talis potius sig.tertianā simplicē in melēcolico ⁊ flegmatico du-
plicēȝ. ¶ Etas.vt si sit puer vel iuuenis siue senex. ¶ Passio.s.vtrū
de tercio in terciū vel de quarto in quartuȝ.⁊ vtrū cū tipo vel sine
tipo paciat̄. ¶ Forma.Quātū ad hitudinē corporis.s. vtrū sit ma-
cilentus paciēs vel pinguis vel carnosus. ¶ Locus.s.vtrū in cali-
da regione vel frigida:vel ad regionē corpis pōt referri.s.vtrū pa-
ciat̄ i dextro ypocūdrio vel sinistro. ¶ Sētētia.s.diffinitia. ¶ Stabi
li pede.i.imobili ⁊ certo iudicio. ¶ Hec oia.i.hec omnes circūstan
tie:que dicte sunt o tu medice sunt discutiende.

¶ De colore rubeo cū substātia mediocriter spissa.
Turbida spissa parum rubeo perfusa liquore.
Contin ui tritet noctio certa datur.

Si summm viror obtineat vel liuida nubis.
Portendit medium:pleureticumqꝫ malum.
Spissa:rubens sinocū:si summum liuor obumbret.
Spissa rubens sinocham:dempto liuore figurat.
Causonidem:si plus tenuis q̄ꝫ spissa reuersa.
Sinochidem.causon subtilis ꝛ ignea monstrat.
Tercior est testis rubicundi forma coloris.

¶ Expositio. ¶ Turbida. Hic agit̃ de colore rubeo cū substantia spissa mediocriter copulato:ꝛ ponit plures regulas. Prima regula. Urina rubea.in colore in substantia mediocriter spissa : ꝑ totuꝫ turbulenta:cū impura ꝛ inequali substantia significat tertianā cōtinuā ratio huius redditur in cōmento. ¶ Si tenui. Alia regula de colore cū substātia mediocriter spissa. Urina in colore rubea in substantia mediocrit̃ spissa:in supiori pte viridis:significat mediū emitriteū:ꝛ si liuida sit in supficie significat pleuresim:ꝛ medium emitriteū. Et est medius emitrite⁹ ex colera putrefacta intra venas cōtinue bulliēte:ꝛ ex flegmate putrefacto extra:ī medio emitriteo viriditas nō distinguit̃ in vrina sine man⁹ appōe:sꝫ in pleuresi bene distinguit̃. Quid est pleuresis .est collectio facta in cōmissura costarum:ꝛ diafragmatis:ꝛ fit sepius ex humoribꝫ callidis ꝛ accutis. Et ideo dixit Ipo. accidū ructuantes.ꝛc. ¶ Spissa rubēs In pria pte agit auctor de colore rubeo. vel subrubeo cōmuniter cū substātia spissa vel mediocrit̃ spissa:vel mediocrit̃ tenui. Isti eñ colores in quibusdā sunt vniformes in iudicio. Hec est regula Urina in colore rubea:vel subrubicunda:in substātia spissa:ꝛ turbulenta:liuida superi⁹ ꝛ i respiratiōe sit fetida:tūc sig. sinochū. Sinochus habet fieri ex sanguine peccāte in qualitate. Rōes in commento reddunt̃. Spissa rubens sinochā. Alia regula: vrina in colore rubea:vel subrubicūda:in substantia spissa:ꝛ turbulenta absqꝫ liuiditate ꝛ fetore:significat sinochā. Est auteꝫ sinocha ex sanguine peccante fm quātitatē. Et differētia inter sinochū ꝛ sinochā haberi pōt ꝑ quēdā vsiculū. ¶ Sinocha de multo:sꝫ sinocus ex putrefacto. Notādū est ꝙ sinocus tres hꝫ spēs. s. febrē hōtenā augmasticā ꝛ paugmasticā:vt scribit̃ a Gal. ij. de differentijs febrū. Et ponit sinochā ꝓ sinocho:nō faciens vim de nomine. Et ideo notādū est qꝛ fm ꝙ diuersificāt̃ spēs sinochi:fm h̄ fit diuersificatio i vrīa qꝛ i hōtena vrīa appet vniformis ī colore:ꝛ i sua substātia: ꝛ a pricipio vsqꝫ ad finē i sua malicia pseuerat. In paugmastica ipa vrīa appet i pri

cipio ipsius febris rubea vel subrubicunda. Postea vrina procedit semper remittendo: et de malo ad bonũ secundum quod ipsa febris paugma/stica procedit semper meliorãdo a principio vsque ad finem. In augma/stica secundum quod ipsa febris: procedit crescendo et augmentando: ita etiã et vrina. Et nota quod hic traditur quedã regula gñalis de vrina. Quotienscũque vrina apparet rubicũda vel subrubicunda in substantia spissa: si postmodũ clarificet in superiori parte bonũ signũ est. et si/gnũ salutis: quã sit ratio hui⁹ habetur in cõmẽto. Si vero clarificet in parte inferiori: et attenuetur: et superi⁹ inspicetur: vel remaneat spissa malũ est signũ et mortis: et significat quod materia rapit ad ce/rebrũ. Et in hoc fatui medici decipiũtur credentes cõtrariũ veri/tati. ¶ Causonide. Alia regula de vrina significante causonidẽ Quotienscũque videbis vrinã in colore rubeã vel rubicundã et i sub/stantia sua magis appropinquat ad tenuitatẽ quã ad spissitudinem tunc causonẽ iudicabis. Causonides est febris cõtinua ex duplici materia cõposita: principaliter cõposita ex colera. secũdario ex sã/guine. et ideo vrina est magis tenuis quã spissa. ¶ Reuersa. Alia regula per contrariũ istius quod vrina rubea vel subrubicũda in colo/re propinquans magis ad spissitudinem quã ad tenuitatem significat sinochidem. Et est sinochides febris continua ex duplici materia cõposita principaliter ex sanguine. secũdario ex colera. que proptẽ ma/gis accedit ad spissitudinẽ. quã ad tenuitatem.. ¶ Causon subtilis Alia regula de vrina significãte causonem. Vrina rubicunda vel subrubicunda in colore. in substãtia per totum tenuis. lucens sicut ignis: significat causonem. Causon est febris cõtinua accutissima Et habet fieri ex colera rubea putrefacta in venis propinquis venis ori/ficii stomaci: epa. pulmonis et splenis. Et ideo dicit causon a cau/mate. ¶ Cõmentum. Turbida spissa. etc. Hic ponit regula de rubeo colore cũ mediocriter substantia spissa: quã sic collige. Vri/na in colore rubeo cũ in substantia mediocriter spissa per totum turbu/lenta cum in pura et inequali substantia continuã tertianã signifi/cat. Talis color rubeus fit ex colore colere rubee: qua ex sua bulli/tione et rubeitate sufficit ad clarificandum: et rubificandum vrinam. Vrina turbida est per totum ex perturbatione et bullitione facta in va/sis: et quia per ebullitionẽ fit prius inspissatio aliquarum: cũ etiam vasa il/la sint ampliora: et pori ipsarũ largiores. spisse etiã partes calide et subtiles cũ vrina emictunt: quia vrina perturbatur: et est vrina impure et inequalis substantie. ¶ Turbida. idest turbulenta. Spissa pa/rum. idest accedens ad spissitudinẽ. Si summũ. Alia regula po

Causonides

nitur de colore rubeo cum eadem substantia: qȝ si fuerit rubea cū priori substantia: in superficie viridis: significat mediū emittriteū. Si autē liuida fuerit in superficie significat pleuresim. In medio nāqȝ emittriteo ꝓpter colerā intra vas: continue ebulientem. Et ex flāmate extra nimia fit ebulitio vel adustio. Emissa ergo colera cū vrina cū sit adusta ⁊ leuigata: ad vrine superficiē tendit ⁊ eā reddit viridem. Sȝ cum sit pauca nō distinguitᷣ viriditas nisi cū manus appōe. Si autem liueat sine manus appōe: vel ꝓtendat liuorem i supficiē distinctū significat pleuresim: q̄ dicitᷣ collectio facta in cōmissura costaꝝ ⁊ diafragmatis. ⁊ sepius de calidis ⁊ accutis humoribꝫ est. vnde ipo. accidū ructuantes nō valde pleuretici fiūt. Pro calore ergo ⁊ accumine materiei: ⁊ qȝ collectio est i mēbris calidis: ⁊ valde sensibilibꝫ: ⁊ qȝ sunt in motu cōtinuo materia illa maxime ebulit ⁊ aduritᷣ. Per ramū ergo vene cōcaue: cōuersa per vrinales meatꝰ in multa quātitate admiscetᷣ vrine: ⁊ reddit eā viridē: q̄ qȝ adusta est ⁊ leuigata: petit supficiē: ⁊ reddit eā viridē: ⁊ qȝ multa est materia adusta apparet viriditas sine manꝰ appōe. vel etiaȝ liuiditas vbi nō est tāta causa incensionis. ❡ Summū. idest superficiem. ❡ Mediū. idest emittriteū. ❡ Pleureticūqȝ malū. i. pleuresim cū distincta liuiditate vel viriditate. ❡ Spissa rubens. in hoc capitulo agit de colore rubeo ⁊ rubicūdo vel subrubicūdo cōmuniter sub vno tiᵒ ꝑm cōiugationē spisse substātie: vel mediocritᷣ spisse vel mediocritᷣ tenuis. In quibusdā enī sunt omnes isti colores vniformes i iudicio. In pricipio ergo ꝓponitᷣ regula de rubeo vel rubicūdo colore cū spissa substātia: quā sic potes colligere. Vrīa rubea vel subrubicūda in colore. in substātia spissa ⁊ turbulenta: si fuerit liuida in superiori parte: ⁊ cū fetoris respiratione ⁊ quidā prauus odor a vase exalet sinocū significat. Qð talis est in colore ꝓuenit ex calore ⁊ colore ipsius sanguinis. Sāguis enī cū sit calidus ⁊ rubēs ⁊ gens ad impuritatē nō sufficit ad depurādū vrinā. Qð est spissa hoc est ex humiditate sanguinis: cuiꝰ ꝓpriū est inspissare. qꝫ est liuida hoc fit ex admixtione putridi sanguinis. qꝫ est fetida fit ex corruptione sanguinis eiꝰ. Sinocus est febris cōtinua ex sanguie putrefacto in venis. Dicitᷣ autē sinocus quasi cohabēs. i. simul hñs oēs causas ad cōtinuitatē cōcurrentes: que sunt tres. Prima est cōtinua caloris ebullicio: ⁊ putrefactio. Secunda est continua putride fumositatis ad cor respiratio. Tercia est impuritas sanguīs. Iste tres cause in nulla febre ita specialiter sunt ad inuicē sicut i sinoco ⁊ ideo ab illis denotatᷣ. ❡ Spissa rubens sinochā. Alia regula. Vri

Sinocus

pres cause continuit[illegible]

na rubea vel subrubicunda in colore. in substantia spissa z turbulē ta z sine liuiditate z fetore sinochā inflatiuā significat. Fit autem sinocha ex sanguine abundante vel preambulante ꝑm quātitatem et nō ꝑm qualitatē z est species febris effimere licet fiat ex humore Q̄ꝺ rubea vel rubicunda est: accidit ex qualitatibꝫ sanguinis vt iā dictū est. Q̄ꝺ sit sine liuiditate z fetore fit q: nō est sanguis corruptus neqꝫ putrefactus: cuiꝰ admixtione debeat liuor vel feditas innasci. Et notandū est ꝙ cū sinochi sint species tres. s. paugmasticꝰ augmasticus z hōtenus ꝑm varietatē specierū: variatꝫ dispositio vrine. In paugmastico em̄ apparet rubicūda vel rubea ab ipso principio cū aliīs signis. postea appet rubea vel subrubicūda postea ab intensione ad remissionem: vt fiat imutatio in vrina de malo ad bonum vt sicut decrescit z decliat febris ab accuitate pricipiī: sic z i vrina declinat intentio caloris. In augmastico vero contrariū accidit In homoteno apparet vrina vniformis coloris: z in sua malicia ꝑseuerat a principio vsqꝫ ad finē: prout febris vniformitas deposcit In hoc autem capitulo hanc methodum z quasi generalem accipe traditionem. Q̄ꝺ quecunqꝫ vrina rubicunda vel subrubicunda in substantia spissa: si postea in superficie incipiat sincerari z quasi clarificari: ita illa turbulentia z ꝙ spissitudo incipiat residere: bonum signū est: z salutare. Per hoc eīn ꝙ apparebat vrina per totū spissa z modo incipit depurari superius: per hoc significatꝫ ꝙ motus ebullitionis iam cessauit: que ebullitio prius vigens in corpore humores perturbabat z partes vrine ꝑm vniformē spissitudinē cōfundebat. Si autem superius in spissitudine perseuerat vel spissior appareat: vel turbulentior: inferius autem attenuetur. vel clarificetur mortale signum est. Significat autem raptum morbi ad superiora. Unde timendum est de frenesi: aut litargia: aut mania: vnde contingit ꝙ artifex imperitus cum videat vrinam in principio spissam et postea inferius attenuari deluditur indicans conualescentiam: cum potius morbus contra naturam conualescat. ¶ Sinochum. idest putridum. ¶ Sinocham. idest inflatiuam de puro sanguine z sincero sed super accenso. Secundum Constantinum accidentia morbi sinochi sunt hec. s. dolor capitis infixꝰ: z a ꝓfundo emergens: genarū rubor. inflatio venarū: z maxime circa spiritualia: z oris dulcedo. ¶ Causonidez. Alia datꝫ regula de rubeo colore z rubicūdo cum mediocriter tenui substātia: z cū mediocriter spissa: quā sic collige. Urina in colore rubea vel rubicūda i

substantia: magis accedens ad tenuitatem q̃ ad spissitudinē causonidē significat. Et est causonides febris cōposita cōtinua ex duplici materia: ex diuersis generibꝰ: ex colera. s. principaliter: ꝛ ex sāguine secūdario: vnde magis accedit ad tenuitatē q̃ ad spissitudinē. ¶ Reuersa: sinochem. Item alia regula per cōtrariū p̄dicte est proposita. Urina nāq; in colore rubea vel subricunda magis accedens ad spissitudinem q̃ ad tenuitatē sinochidē significat idest febrem cōtinuā cōpositā principaliter ex sanguine: secūdario ex colera: vnde magis vicinat̄ spissitudini q̃ tenuitati. Sinthomata occurrant mixta propter admixtionē sanguinis ꝛ colere: vt dominantis humoris accidentia dominātur: ꝛ contrarij forte intermissione continent̄. ¶ Causon subtilis. Alia regula. Urina rubea vel rubicunda in colore: in substātia ꝑ totum tenuis lucens velud ignis causonem significat. Est autem causon. febris continua accutissima: vnde a causone dicit̄: ꝛ fit ex multiplici colera rubea putrefacta in subtillissimis venis oris stomaci: epatis: pulmonis ꝛ splenis Talis color est ex calore et ebulitione ipsius materiei: que putrescit in locis valde calidis. Est autē tenuis ꝛ valde lucēs velud ignis: qꝛ cum illa vasa nimis sint angusta nō resudat ab eis nisi qđ subtilius est et liquidius: qđ cōmixtū vrine eam reddit tenueā ꝛ igneam. Hec accidentia concomittant̄. s. vehemēs dolor capitis: ita qꝫ patienti videt̄ qꝫ fronti sue claui infigant̄. Hoc igit̄ accidit propter violentam fumositatem ꝛ colerā a materia resolutā: que petēs cerebrū et eius precipue si vngues digitorum infecti sunt colore liuido aut viridi. Si multa ꝛ feculēta significat rupturā apostematis in aliquo mēbro nobili vt epate. vnde substantia mēbri dissoluitur: ꝛ per vrinā expellitur: vnde in proximo mors est vētura. Talis etiā vrina significat icteritiā ex colera spasma vel eruginosa. Et nota qꝫ tres sunt species iteritie vt habetur in cōmēto. ¶ Spasmū. Ista eadem vrina in febre accuta apparens significat spasmū ex inanitione. ¶ Maiorem. Ista etiam vrina significat maiorem emittritcum ꝛ ita magnum periculum minatur. ¶ Deniq; mortē. Ista etiam vrina significat finaliter in vltimo malicie mortificationē: et caloris extinctionem naturalis. vltimo sequit̄ de nigro colore. Et qꝛ superius in primo capitulo determinatum est ideo hic nō oportet reiterare. Et ista sufficiant de coloribus. Et sic terminata est prima pars principalis. Commentum. ¶ Agriacā. ꝛc. Post inops ꝛ Kianos colores: ſm ordines conuenientie agitur de viridi colore. Uiridis color in vrina signum est adustionis. Adustio ve

ro triplici clauditur termino. s. primo medio z completo. In adu-
stionis principio fit primo vrina kianos quadã superius liuidita-
te pfusa. in medio sit viridis: z indicat dominium colere prassine:
vel eruginose in complemento denigrat. vrina ergo in colore viri
dis quãdoqz est multa: z q̃nqz est pauca. viridis z pauca mortem
habet significare. Et maxime si color viridis vel liuid⁹ vel niger
vergẽs digitorũ infecerint: q̃nqz est viridis z multũ male olet et
multa z feculẽta z significat rupturam apostematis in aliquo nõ
bili mẽbro: vt in epate. Unde substantia ipsius mẽbri dissoluitur:
que dissoluta cum vrina emittit. Unde in primo mortẽ debes nũ
ciare futurã. Talis etiã vrina in colore viridis icteritiã protendit
ex colera prassina vel eruginosa: q̃ sui leuitate diffusa ad supficiez
corporis: cutem inficit z ictericiã inducit viridem. idest agriacã pe
gaseleontẽ cõficit que. s. a viridi mustela interpretatur viridis. vri
na inopos vel kianos appeat: sine febre tũc non minat tantũ peri
culum: z tunc significat apostema in epate: vel in renib: vel ruptu
ram vene kilis. Si rupturã kilis vene: tũc dolor maximus sen-
titur in. vij. splondili cõputando ab inferiori parte: z tunc vrina in
fundo magis appeat feculenta. Talis etiã vrina inopos vel kia-
nos potest significare idropisim: si appareat spissior i media regio
ne. Talis etiã vrina põt significare apostemata epatis vel renuz
vel pleuresim: vel pipheumoniã z hoc per signa ppria distinguitur
et sufficiẽter traditur in cõmento. ¶ Aut fracto vase: Alia regu
la. Talis etiã vrina inopos vel kianos i mulieribus apparẽs aut
apparet cum febre aut sine febre. si sine fe. tũc significat eruptionẽ
menstruorum: z tunc nõ est suspecta talis vrina: Si vero cũ febre
tunc sine dubio summũ periculum minatur: z maius. etiã q̃z i vi
ris. ¶ Talem disponit. Alia regula etiã vrina quãdoqz apparet
in sanis ratione saltus: aut etiã ratione multi coitus: aut cursus
z magni laboris z ĩmoderati: z hoc scit p iudicia patientũ. ¶ Hec
est degenerans. Dicit auctor hic q vrina in colore kianos est ea
dem z vniformis iudicij z significationis cum colore inopos sicut
dictum est. ¶ Commentũ. ¶ Si color. Post tractatũ rubei co-
loris z rubicundi continuat auctor capitulũ de inopos z kianos
coloribus: sunt enĩ vniformis iudicij z eiusdẽ cõsiderationis. Est
autem inopos color sicut vinũ quod vergit ad nigredinẽ: vt est vi
Judicij genus in speciem censura reducit.
At pulsu dubio medici mens pendula mutat.

❡ Innatum. Quid sit motus cordis: z quibus causis concurrē-
tibus fiat: z quid operetur motum cordis: aut anima: aut natura
dixit: qȝ aut ex motu cordis: aut ex causis motũ cordis operantib᷒
ꝓcedit pulsus: ideo insinuatiue ponit descriptionem pulsus. Cuȝ
tota hui᷒ operis doctrina de pulsib᷒ constituat̃: ex ratione ꝓpositi
tenent̃ pulsus assignare descriptioneȝ. describitur a Pho sic. Pul-
sus est motio cordis z arteriaꝝ. zc. hec autem diffinitio ĩtelligēda
est ꝑ cãz: nõ ꝑ essentiã suã: sicut sunt multe diffinitiones hui᷒artis
Pulsus eñ nõ est illa motio que est in corde cũ ipsa sit singularis:
z pulsus sic in arterijs a corde remotis. mot᷒ tamē cordis causa ē

illius motionis que est in arterijs: et que est pulsus. sicut enim ex motu arboris sequitur motus frondium et fructuum: nec tantum vnus est sed alius: licet ab altero fiat. sic et in pulsu: mouetur enim cor et dilatatur. ex cuius motu vitalis spiritus impellitur: et ipulsus arterias mouet: quarum motus est pulsus. vnde pulsum sic possumus diffinire. Pulsus est motio ex diuersis motibus cōposita in membro concauo et arterioso facta a motu cordis et quarūdā arteriarū procedens a virtute operante spiritu mediante. Potest etiam dici quod diffinitio physicalis est per essentiā vt pulsus sit motio composita ex motu cordis et motu arteriarum. Ex diuersis nāque motibus potest conflari vna motio cōposita. hec itaque motio cordis erat motio que est pulsus et motio arteriarum. Similiter erat pars eiusdem. Ille ergo qui tangit pulsum sentit partes: non ergo sentit motum cordis: sed istud perpendit ex motus arteriarum cognitione. Litteram expone taliter. ¶ Motio talis. que pulsum facit est composita ex mota arteriarum et cordis. ¶ Conflatur. i. componitur. ¶ Ex arsi et thesi. idest dilatatōe et sistole. i. motio cordis et arteriarū composita secundum diastolem et sistolem consideratur sequitur. ¶ Ut mulcebris. Hic assignat vtilitatē pulsus vnde hec clausula non est de diffinitione sed ad vtilitatis expressionem annexa est sicut in diffinitione physicali adiungitur hec clausula ad infrigidationem caloris innati. Est autem vtilitas pulsus vt suo motu calefiat corpus et ex aere inspirato a pulmone spiritus vitalis reparetur. illius enim attracti aeris et ex aere pars euaporat per poros corporis: quedam a calore consummitur. quedā a cordis constrictione in pulmone expirat: quedā retenta subtiliatur: et depuratur: et ex ea vitali spiritui annexa et adiuncta vitalis spiritus reparatur. et hoc est. ¶ Ut mulcebris aura. i. aer inspiratus. ¶ Recreet. idest mulceat et contemperet. ¶ Innatum calorem. idest naturalem qui aliter estuaret et incenderetur. Nota duplex est calor innatus vnus cōtractus ex primis componentibus et est pricipalis qui in mortuo subiecto a substantia non recedit: qui iugis est et comes perpetuus assequa subiecti quē violentia mortificationis non potest subuertere. Caro enim leonina quamuis sit mortificata tamen colerica est et calida in quarto. et in corpore suscepta dissoluit et febrem prouocat. vnde hec non est nisi ex calore innato. Est et alius calor innatus contractus ex influentibus et infusione spirituum et humorum: et est actu tantum: qui substantiam relinquit. et iste ex aere recreatur: et distemperatur: et non alius. ¶ Umbracula fumose. i. superfluita-

tes que recepte in corpore obnubilarent ꝛ obumbrarent vitalem spiritū. ¶ Absentent. idest exsuflentur a corde ad pulmonem: ꝛ a pulmone exterius emittantur. Hic potest queri quādo sufflamen suspendimus quo aera cor attrahit: in quo superfluitates expellit. Dicitur ꝙ in spiramine fit attractio aeris: qui aer per tracheā arteriā ad pulmonem transmittitur. ꝛ in pulmonis cauernulis suscipitur: nec ad cor aer ille totus transmittitur duplici de causa: tū quia cor totius aeris attracti ad pulmonē capax nō esset: cuius pulmo est capax tanꝗ̄ macer mēbrum: tū q: eius partem in se cō tinet: vt licet aer ab exterioribus non attrahat: cum cor inueniat aerem in pulmone queꝫ posset attrahere: ꝛ ꝗ̄uis pulmo repletus sit aere: ꝛ cor habeat in se sufficientem aerem quo possit foui: vnde videtur ꝙ longo tēpore possit teneri aer nullo mediato suffragio ab aere exteriori: tū hoc fieri non potest: q: cor semꝑ in cōstrictiōe que successiua est dilatationi fumosas superfluitates emitit que trāsmisse ad pulmonē si non possent exsufflari nec in corde cōtineri iterum ad cor reuolute et reciprocate vitalem spiritum ingrossarent: qui naturaliter debet esse subtilis. Unde ingrossato nimis spiritu nimia dilatatio cordis fit et extrema gaudiū redire prohibentur. Si eīm est nimia subtiliatio spirituū quibusdam est causa mortificationis. vn̄ nutriti in aere grosso: si transirent ad regionē calidā in qua defecatus est aer cito morerentur: q: spiritus vitalis nimis subtiliat: ꝛ preter naturā debilitat. nec potest cordis grossiciem ad plenū dilatare: indeqꝫ syncopizāt: ꝛ syncopizantes suffocātur. inde est ꝙ pisces nutriti ex grosso aere aque ab aque extracti ad ipsum aerem qui subtilior est moriuntur: sed quidā tardius vt anguille: quidā citius vt allecia: quidā medio tēpore vt lucij ꝛ barbelli. Et quare hoc fiat inuestigēt socij. Similiter dico nimia spiritus vitalis ingrossatio p̄ter naturam facit incurrere mortē: vnde homines de Lybia si trāsirēt ad aerem spissum non diu viuerent nec nos in aerem coꝝ diu possemus viuere: ꝓpter eandem causaꝫ q: spiritus vitalis ex inspissatiōe vel inspiratiōe q̄ preter naturaꝫ suscipit. corrūpit ꝛ ideo inspissato ꝛ implente latera cordis spū: cor immoderate dilatatur: qd̄ cum metā sue dilatatiōis excedit impedita constrictione facit ad interemptionem aīalis. Sunt eīm due cause mortificatiōis immoderata: sciꝫ dilatatio ꝛ cōstrictio. sicut eīm corpus aīalis dilatatione nisi debitā habeat viuere nō potest: ꝛ cōsequat cōstrictio ꝛ cōstrictioni succedat dilatatio: sic ex impedimēto vel immoderātia dilatatiōis ꝛ cōstrictionis ꝑiculū morti

ficationis incurritur. Et vt viuat humanũ corpus non sufficit in spiratio nisi respiret: hec autem fiunt ꝯm vicissitudinem dilatatio nis ꝛ cõstrictionis cordis. inde est ꝙ ex risu ꝛ nimio gaudio multi ꝓpꝰ nimiã dilatationẽ syncopizãt ꝛ syncopi perseuerante moriũtur Dum enim pro immoderata dilatatione fumose superfluitates impedita constrictione non exsufflantur: sed in corde retinentur: retente inspissant vitalem spiritũ: qui debet esse subtilis: qui inspis satus preter modũ extinguitur: sicut ignis ethereus igniens aerẽ quando motus ignis cõmunis ad grossiorem descendit aerem. dum eñ ingrossatur natura subtilis egreditur ꝛ extinguitur. Si militer ignis in stupa accensus in ore ioculatoris tenetur quia ex flatu ꝛ anhelitu ingrossatur ꝛ anteq̃ȝ egredi possit extinguitur. Si mili ratione ignis existẽte aere nimis humido ꝛ pluuioso vix põt ardere: quia ex aere pluuioso inspissatur. Etiã ex gaudio fit synco pis alia ratione: quia impedita exsufflatione vitalis spiritus non potest reparari animal quo deficiente cessat sensus ꝛ voluntarius motus aĩalis. Naturalis etiã calor in corde ex fumosis superflui tatibus retẽtis anichilatur: sicut ex gaudio fit syncopis ꝛ mortifi catio quãdoqȝ propter immoderantiam dilatationis: ita ex tristi cia ꝛ terrore plurimo accidit propter immoderantiã constrictiõis Cuȝ enim laterales partes cordis immoderate constringunꝰ ex clusa vacuitate. ideo in corde nullus aer recipitur: nec fit respira tio aeris: que est necessaria ad temperandum feruorẽ cordis ꝛ vi taleȝ spiritũ recuperandũ. Hec vero omnia variantur intendunꝰ aut remittunꝰ ꝯm differentias cordis. quoddã eñ cor molle est ꝛ tenerũ ꝛ lapsam habet substãtiã tale cor gaudio superueniente ex obediẽtia suarũ ptiũ amplius dilataꝰ: ꝛ vehemẽtius. Et homines talis cordis facilius syncopizant: ꝛ fortius. Et si cõstituanꝰ in bal neo aereo carẽte respiraculis syncopi cito periclitanꝰ. habẽtes ve ro durũ cor ꝛ terrestre ꝛ cõpactũ ex gaudio syncopizant tardius: qꝛ duricies cordis resistit dilatationi immoderate. Sed ex tristi cia adueniente citius syncopizant ꝛ fortius: quia duricies partiũ ꝛ grauitas iuuat excessum cõstrictionis. huiusmodi habẽtes cor durũ valde si ingrediãꝰ fornacem vbi est aer subtilissimus ꝓter cõflationẽ metallorũ vehementer syncopim incurrunt ex defectu dilatationis: qꝛ vitalis spiritus in duro corde debet esse grossus ꝛ a subtilissimo aere valde subtiliatus non potest latera cordis ad modũ debite dilatationis propellere. Inde cõuenit qꝫ pueri citius syncopizẽt q̃ȝ viri. ¶ In pulsu resonãt. Insinuata pulsus diffinitio

ne:oportet vtilitatē pulsus declarare.s.declaratio cōsistentie ⁊ ha bitudinis corporis tēperati vel eius distemperantie: vel discretio passionū ⁊ affectionū anime delucidatio tēporum:⁊ accutarū egritudinū:distinctio futurarū crisiu; vel ad bonū vel ad malū cognitio vite ⁊ mortis:abradicatio fraudū:⁊ delusionū vrine certificatio que omnia ex sententia littere melius clarebūtur. ¶ Tenor. idest subtilitas vite ⁊ integritas ⁊ eius cōcors continuitas ꝭm naturalem legē corporis ipsius. ¶ Resonant in pulsu. idest manifestant per pulsum:sicut eñ per sonū declaratur claritas metalli:et cymbali bonitas vel malicia:sic per pulsum quasi per quendā sonum: quia in ipso pulsantur arterie ex motu spiritus impellētis declaratur distemperātia vel tēperantia humani corporis:⁊ non solu; per pulsum ea cognoscuntur. ¶ Sed amor. idest pax ⁊ consideratio vniuersalis. ¶ Sinzugie. idest vite humane:que per quādam sinzugiam ⁊ proportionalē cōcordiā quattuor elementoꝝ in corpore consistit. Per vitalē sinzugiam potest intelligere admirabilem cōpaginem.⁊ matrimonialem cōplexione; vel copulam inter corpus ⁊ aiam. ¶ Modulamina. idest tēperamenta non solū cordis sed interiorū mēbrorū:que corde bene se habente fortiora ⁊ tēperātiora sunt sicut eo male se habēte languent ⁊ fatescunt. ¶ Secreta voluntas. idest passiones ⁊ affectiones anime sicut gaudium ira tristitia animositas timiditas auaricia liberalitas:quoniā immutant pulsum:⁊ etiam per pulsum declarātur q̄uis distinctio taliū sit difficilis. In gaudio eñ quia cor mediocriter dilatatur ꝑpter tēperamentum affectionis:⁊ quia sanguis temperatus est humor qui in gaudio mouetur:cor paulatim ⁊ temperate ab interioribus ad exteriora diffunditur. Unde pulsus temperato processit in magnitudine augmentat̃:⁊ mediocriter inter fortē ⁊ debilem ⁊ velocem ⁊ tardum sibi vendicat. Nō eñ multa refrigeratio necessaria est propter caloris temperamentū. In ira quia calor impetuose ab interioribus ad exteriora diffunditur:⁊ colera estuosa est:quia in ira mouetur:ideo ex ira repente pulsus in magnitudinem surgit et impetuositate colere prouocatus neglecta fortitudine velocitatē ⁊ frequentiam assumit. vnde si talis efficiat̃ pulsus preter natura; corporis:sine febris irritamento:sine corporis exercitio:colligi pōt quia talis ex ira fiat. Et iram significat maxime cum ira sit feruor cordis ⁊c. In quo ex desiderio vindicandi:cum vindicta fiat ꝑ exteriora extra calor prorumpit furiosus. Hic vero pulsus qui fit ex ira fit fortis magnus freques ⁊ velox:tamen inter molliciem ⁊

duriciez fit mediocris. In tristicia ꝛ timore pulsus parui ꝛ debi-les: fiunt q꞉ calor ab exterioribus ad interiora reducitur: ꝛ ex motu melãcolie que dominiũ habet in timore pigritatur calor naturalis ꝛ sanguis: ꝛ cõfortato motu melãcolie ꝛ sedes ꝛ segnis ꝛ quasi cõ-gelatus efficitur. vnde pulsus paruus debilis ꝛ occultus tam in ti-more magno q̃z in tristicia ꝓpter motũ subitũ terroris ꝛ tristicie li-uorẽ. Sed si timor aliquãtulũ durat ꝛ moretur quousqz virtus debi-litetur: ꝛ spũs torpeat ꝛ pigritetur: fit pulsus vermiculosus: deinde formiculosus. In terrore vero cũ calor naturalis subito intra pro-pellitur: virtus modo quasi timida fugit: modo quasi se defensu-ra reuertitur ex duplicitate talis motus fit pulsus velox tremẽs ꝛ inordinatus. Si ergo timor ꝑseueret pulsus pulsui tristi similis redditur. sed si tardauerit quousqz debilitetur: fit pulsus vermiculo-sus. Ex magnitudine ꝛ audacia naturali cõtracta: ꝛ ex humida ꝛ ferueñti natura cordis fiũt pulsus magni ꝛ fortes. Et ex pusillani-mitate ꝛ timiditate fiũt pulsus ꝑui debiles. Ex liberalitate ꝛ lar-gitate magis aperti ꝛ tẽperati: ex auaricia contrariũ. ¶ Augma. Non solũ passiones anime ꝑ pulsum innotescũt. Sed quattuor tẽ-pora egritudinis accute: ꝛ qualitate paroxismorũ: ꝛ quantitates parypodorũ. In principio egritudinis accute fiunt pulsus magni ꝛ veloces: minus tamen q̃z in augmento propter crudelitatẽ humo-ris. Et quia calor ex multa materia oppressus eam nõ sufficit ad plenũ resoluere in augmento egritudinis calore iam adulto ma-teria ãplius solui incipiẽte ꝛ inualescente calore pulsus maiores ꝛ fortiores occurrunt. In statu pulsus ad magnitudinẽ ꝛ velocita-tem pulsuum accedunt propter accumen caloris. In declinatione tepescente calore minorãtur pulsus ꝛ tardi fiunt: q꞉ autem decli-natio fiat: sic cognosces. Si precesserit crisis: vel si etiaz sine omni crisi materia est consumpta: quia sepe contingit eam febrili calore consumi sine alia purgatione: ꝛ tunc eger incipit esse compos sui: tunc est declinatio morbi: ꝛ tales pulsus boni sunt. Si vero nihil hoꝝ precesserit ꝛ eger sit mẽte stupidus ꝛ debilis: ꝛ sẽsibilitatis di-minutio. tales pulsus pessimi sunt: quia ex defectu morbi nõ fiunt sed nature: vnde dicit Philaretus: Rari pulsus semper sunt diffi-ciles. ¶ Augma. idest augmentum egritudinis. In augmento intellige principium. ¶ Paroxismus. idest exacerbatio egritu-dinis proprie cum sit in accutis: quia oxi dicuntur. idest accute: ideo paroxismos habent pulsus instantiam paroxismorum indicant: quia tunc fastidiosus magis ꝛ vehementior erit. ¶ Status. idest

status parvodi. ¶ Et parydicus error. idest accessio interpolla-ta quantum ad interpollatas: que per circulares et parvodicos mo-tus resoluuntur. Pulsus interpollatam febrem significat: quia cō-tinet suam velocitatem et frequentiam. Sed ceteris temporibus lacessit: et ceteris temporibus inualescit: habet se tantum ad signi-ficandum interpollatam. ¶ Morborum cretici motus. idest de-terminationes accutarum que crises dicuntur. ¶ Quid minen-tur fata. Tria sunt fata.i.tres parce cloto lathesis et atropos. Cloto est motio de non esse ad esse: et est generatio. Lachesis est pro-ductio secundum continuitatem existendi. Atropos est corruptio idest egressio a substantiali statu siue conuersio de esse ad non esse: tota vis vel facultas parcarum in pulsu exultat. ¶ Vrine fraudes.

Hic ponitur vltima vtilitas considerationis pulsus: quia natu-re iudiciū per ipsum certificatur: et per ipsum fraudes vrine et ve-ritas aperitur. Vrina nāque considerata fallit medicum: nisi eius iudicium per pulsum certificetur. Nam si pulsus vrine consentit tunc est iudicium vrine bonum. Si autem dissedeat malū est. Cū enim proporcio adsit signorum vnit iudicium.i.ad vnitatē iudicij reducit. ¶ Genus in speciē. Vrina quādoque apparet rubea et turbulenta in colore et substantia: et distemperantiā significat cor-poris.s.calorem: et ideo egritudinem significat in genere: sed quia talis potest apparere ex multis causis: sicut ex febre vel apostema-te vel ex ruptura vene vel epatis calefactione: vel ex inordinato ex-ercitio: sanguine plus iusto fluente: quamuis significent egritudinem in genere tamen non determinate et diffinite significant eam. Sed adhibita significatione pulsus: et consideratione genus spe-cificat: determinat et declarat que sit egritudo in specie vtrum fe-bris vel alia: et si febris vtrum continua vel interpollata.

¶ Incipit principale propositū de decem generibus pulsuum.

Vlinque modis probat ortificis solertia pulsus
q Ex quibus elicitur numerus generū duplicatus
Ex forma motus tria: magnū: forte: citatum.
Molle parit plenum: calidum: substantia membri.
Ex quibus et primis series senaria surgit.
Spissum constituit mora: que discriminat arses
Qui pede dactilio passim declinat ab alto.
Et qui deficiens surgit viresque resumit.

Excollatiua thesium ratione notatur.
Tanq̄ȝ precipuus adiuncta nouissima primis
In quibus est motus discors: vel consonus vnus.
Ordo vel aduersus numeri ratione notatus

¶ Executis quibusdam antecessorijs ꝛ preparatorijs necessarijs ad subsequēs. s. de officio cordis ꝛ forma ꝛ cōplexione de intētione ꝛ causis intentionis. de diffinitione pulsus: de vtilitate considerationis pulsus: his inquā diligenter pertractis aggreditur auctor principale propositū vt instruat doctrinā de pulsuum generibus. Sunt itaqȝ genera pulsuū diuersa: ꝛ diuerse pulsuum differētie ſm diuersas differentias mediāte cōsiderationes. ꝛ sunt decem genera pulsuū: ꝛ quinqȝ cōsiderationes. A quinqȝ em̄ cōsiderationibus decē genera pulsuū oriunt̄. Prima cōsideratio mediāte attendit̄ circa ꝓprietatē motionis arterie: nā motio arterie est talis que est magna: p̄ua. mediocris: vel fortis: debilis: vel mediocris: vel velox: tarda: vel mediocris. Ab hac prima consideratione que circa proprietatē vertit̄ tria genera pulsuū attēdunt̄ ꝛ nascuntur Primū genus pulsuū est magnꝰ. paruus ꝛ mediocris: vt sub vno genere cōtraria colligamus quorū eadē est disciplina. Secunduȝ genus fortis debilis ꝛ mediocris: q̄ similiter sub vno genere reputant̄. Tertiū genus est qđ ab eadē consideratione trahit originē. s. velox tardus ꝛ mediocris. Primū genus pulsuū diuidit̄ in longū curtū ꝛ mediocre: latū strictum ꝛ mediocre: apertū occultū ꝛ mediocre: quoꝝ omniū significatiōes cause ꝛ diffinitiones patebunt ex littera vel ex littere cōsideratiōe. Secūda cōsideratio vertitur ſm cōsistētiā organi. i. arterie que est organū ꝛ instrumētū pulsus est. aut arteria huius cōsistentie: qꝛ ipsa est dura mollis ꝛ mediocris: vel plena vacua ꝛ mediocris: calida frigida ꝛ mediocris: hec proprie pertinent ad arteriā: pulsus nāqȝ proprie non dicitur calidus mollis: nisi gratia arterie: que talis sentitur. Ab hac consideratione sumunt̄ tria pulsuū genera: durus mollis ꝛ mediocris: plenus vacuus ꝛ mediocris: calidus frigidus mediocris. Tertia cōsideratio pulsus sumit̄ a diastole ꝛ sistole: idest ſm spaciū quod attendit̄ inter dilactationem ꝛ cōstrictioneȝ: licet em̄ constriectio non occurrat sensui tamen per spacium ꝛ moram que est inter dilatationes constrictionis mora perpenditur: que si sit magna: fit pulsus paruus: ꝛ rarus. Si parua fit frequens. Ab hac itaqȝ cōsideratiōe elicitur septimū genus. s. rarus frequens ꝛ mediocris

Dicit Cōstantinus in pantegni q septimū genus ex parte quie/tis est: z adducit auctoritatem Gall'. dicentis. Pulsus in dilatatione z cōstrictione quietes habet duas: vnā cū pulsus in dilatatiōe sua extrema digitoꝝ percutit: z hanc exteriorē vocat quietē: z hāc sensibiliter inuenimus. Quies scda est cū pulsus in cōstrictiōe ad centrū suū redit: z hec quies nō est sensibilis: quia nō facile sensu cognoscit vel percipit: sed cōstrictiōis mora ex dilatatione cognoscit. Quarta consideratio versat circa collationē aperte more: z occultā proportionē earū. Si eñ plures sint aperte more q̄ʒ occulte pulsus est incidens. i. propter maiorationē sui in noticiam sensus nostri cadens. Si aūt sint plures occulte q̄ʒ aperte dicitur pulsus decidens. i. a noticia nostri sensus cadens. Et hoc est octauū gen⁹ quod nascitur a quarta cōsideratione. s. incidens z decidens. Et nota ad hoc q incidentia z decidentia pulsuum determinetur: nō oportet octo vel nouē motiones cōsiderare: sed vsqʒ ad centesimā percussionē in consideratione progrediendū est vt collationes morarū ad moras: occultarū ad apertas fortium ad debiles melius perpendatur: nō eñ si vna motio fortis sequitur z alia debilis sequtur z iterū tertia fortis z quarta debilis iudicādus est ꝓpt̄ hoc pulsus decidēs: qz prima fortis z scda debilis. Nā eadeʒ rōne cū scda sit debilis: z tertia fortis sequet: erit pulsus incidēs: qz debilis tendit ad fortē: z sic posset ꝓbari q idē pulsus esset incidēs z decidens Ad hoc dicimus q in ea consistētia in qua videt pulsus ꝑmanere diutius: talē cū iudices. Qd sic cognosces: si pulsus in decē ꝑcussionibus sentit z in vndecima deficit: deinde ab vndecimo cōputes si in quarto ab vndecimo deficit dicit decidēs: z talis tēdens in defectū ꝑ quosdā gradus magis z deficiēdo mortē significat. Si vero deficeret in octauo postea in vndecīo ab ea decidit: z postea tardius deciderit: donec deficiat talis incidēs est: z significat naturaʒ prius afflictā: morbo iam ꝑtim superato resurgere z cōualescere. Quīta cōsideratio attēdit ſm permutationē vel cōsistētiā p̄dictaꝝ cōsiderationū: z ab hac cōsideratiōe duo extrema genera. s. nonū z decimū ꝓcedūt: q̄ nō principalia sunt genera: sed principalibus annexa z adiuncta. nō eñ principaliter attendunt sed alicui adiacēt: vt equale z inequale: ecce nonū. Ordinatū z inordinatum: ecce decimuʒ. Si pulsus sit: assidue fortis: dicitur equalis. Si aliquid admiscet debile cū forti inequalis dicit. Sed de his pleni⁹ dicet in sequētibus. Nota q hec pulsuū genera non sunt opposita. Circa vnū z eundā pulsum tria vel quattuor habent esse genera q̄nqz e:

cõsistere. aliqñ cũ pulsus magnus potest esse mollis velox fortis spissus equalis ordinatus plenus. Sed q̃dã sunt opposita vt magnus paruus: nec sunt diuersa genera sed diuerse differẽtie vni⁹ generis. ꝛ ideo se nõ cõpatiunt̃. Sunt aũt diuersa genera nõ contraria. Sed ꝑ cõtrarietate causarũ se nõ sustinẽt: vt magnus debilis. abũdantia ꝛ caloris nãq; sp̃us facit magnũ. defect⁹ ei⁹ facit debilẽ. Similiter forte puũ; velox debile spissum paruũ; tardum velox rarum. Et vt generaliter dicã nulla possunt cõmisceri in q̃bus cõtrarietas causarũ nõ intercidat. Decẽ genera pulsuũ; f̃m diuersas rationes dicunt̃. s. f̃m motũ: f̃m organũ: f̃m plures motiones. Nota q' hoc nomen generale pulsus p̃dicari potest de quolibet inferiori: quia de magno forti veloci raro incidẽti equali ordinato molli pleno calido nõ tamen in eadẽ significatiõe. Dicit̃ nãq; hoc nomẽ pulsus quattuor modis. Primomodo accipitur pro motione que occurrit digito. Et in hoc sensu tria genera distinguntur: magnus velox validus. Secundomodo dicitur pulsus res pulsata sicut organũ ꝛ f̃m hanc significationẽ duo distingunt̃ genera pulsuum. s. molle plenũ. hec aũt ad organũ pertinent. Arteria enim mollis datur vacua plena proprie: extranee vero dicũtur de motiõe q̃ ẽ pulsus: motio siquidẽ mollis dura plena vacua in collatiõe dicit̃ q̃ ꝛ si dicant̃ de pulsu predicatio redũdat in ꝓprietatẽ organi. Calidũ ꝛ frigidũ ꝛ qđ est tertiũ genus pulsuum ad rẽ pulsatã dicit̃ pertinere: ꝛ potest patere vt illa tria genera pulsuũ; distinguant̃ ꝓut res pulsata dicit̃ arteria: ꝛ cũ ꝓprie dici potest calidũ vel frigidũ. S; quidã cõsiderãtes q' nõ est calida vel frigida de se: sed potius ex frigiditate vel mortificatione spiritus vitalis impellẽtis eã dicũt calidũ vel frigidũ pulsum dici pro re pulsante ꝛ hec est tertia significatio pulsus vt pro re pulsante accipiat̃. hoc modo posset fieri nisi esset qđ dicit Philaretus q' nonũ gen⁹ attẽditur f̃m caliditatẽ q̃ redditur per totũ corpus arterie in quo considerat̃ quãtitas supposite materie: per tactũ: totũ est de accidẽte per qđ insinuat auctor: q' pulsus calidus ad rem pulsatam ptinet non ad rẽ pulsantem: nã si dicat q' pulsus dicit̃ calidus ꝓpter calidũ spiritũ nõ ꝓpter substantiã vel qualitatem arterie. Similiter pulsus mollis plenus vacuus non debet dici vt redũdet p̃dicatio in substãtiam organi sed in qualitatẽ humoris arteriã infundẽtis Sentit̃ nãq; arteriã mollis dura plena propter humorem suppositum: quia flegmaticus multus aquosus arteriã mollẽ vel plenã efficit: sed siccus durã ꝛ vacuã reddit. Sed Philaretus testatur q'

fm consistantiā organi attenditur plenū molle durum vel vacuuz vel fm figurā. Si ergo plenū molle durum vacuuz pertinent ad cōsistantiā z figurā organi: similiter calidū z frigidum. Quis eñ negct arteriam calidam esse sua qualitate vel figura Ipsa eñ calida vel frigida sua qualitate tāq̃z causa formali: z est calida vel frigida ratione spiritus: z qualitate spiritus tāq̃z efficiente vel materiali. vnde Cōstantinus in pantegni. Calor arterie est ex materia intra cōtenta. i. spiritu z sanguine. Quartomodo dicitur pulsus collectio pluriū pulsuum fm q̄ quattuor genera distinguntur: rarū frequēs: icidēs decidēs: equale: iequale: ordiatū: inordiatuz. ¶ Solertia. idest prudentia. ¶ Artificis. idest medici. ¶ Probat. examinat z diiudicat. Pulsus. generaliter intellige: nō pro motione: non pro repulsante: non p̄ repulsata: nō p̄ pluriū collectione. z q̄ modo pbat ostendit. ¶ Quinq̃z modis. i. quinq̃z cōsideratōibꝫ discretis ¶ Ex quibus. idest cōsiderationibꝫ. ¶ Elicit. idest pcedit. ¶ Numerus. idest decem gña pulsuum que in dupla pportione se habēt ad quinq̃z cōsiderationes. Nunc psequitur quo modo. ¶ Ex forma. i. pprietate motionis arterie circa quā vertitur prima consideratio. ¶ Nascuntur tria. s. genera z ostendit que. s. ¶ Magnū. Illud est primū quod ostenditur fm quantitatem trium dimensionum teste Constantino z Philareto. ¶ Magnum. sub magno audit paruum et mediocre. ecce primū genus. ¶ Forte. sub quo debile medium. ecce fm. ¶ Forte. Ponit terciū Philaretus z Constātinus etiam considerat fm tenorez virtutis: sub quo cōsiderat debile et mediocre. ¶ Citatū. i. velox: sub quo tardus z mediocris. Tercium genus est citatū z attenditur tempore z qualitate motionis. Philaretus ponit quantitatem motionis. Similiter z Constantinus tempus. ¶ Substantia membri. idest constantia vel cōsistentia organi z figura siue qualitas substantie: circa quā versat secunda consideratio. ¶ Parit. i. ex se concludit vel pducit. ¶ Molle. idest sub quo durum mediocre continetur. Istud est quartum genus fm Cōstantinū. Sed Philaretus ponit octauuz. ¶ Plenū per quod vacuū intellige quod est quintū. Calidum frigidum mediocre. Ecce sextum. calidum ad organū pertinet: quia ad quantitatem substantie organi teste Philareto z Constantino in pantegni. Calidum asserit pulsum fieri ex qualitate arterie. Philaretus calidum ponit: nonū cōturbator nominis z sententiarū: z Constātinus sextum. ¶ Ex quibꝫ. i. tribꝫ postremis. ¶ Et primis. Elicitis a pria cōsideratione. ¶ Surgit. i. completur. ¶ Series senaria

idest sex genera. ¶ Spissum. Hic assignat originem septimi gene ris: quod est frequens et rarum. ¶ Mora. idest fm moram z spa/ cium quod est inter duas dilationes attenditur spissus vel freqns hoc est quod dicit Constantin⁹ fieri ex tẽpore quietis. Philaret⁹ ex quantitate quietis. Istud a Philareto dicitur sextum: sed a Con stantino septimum. vnde autem fiant hec genera pulsuum ex qui/ bus causis contrahantur z quid habeant significare: in sequenti/ bus cum ipso actore dicemus. Qui pede dactilico. Pōit originẽ oc taui qui est incidens z decidens qđ a Philareto nonū dicit᷑: a Cō/ stantino octauū assignat᷑. Hoc genus attenditur fm collatione ʒ z ꝓportionem morarū ad moras apertarū ad occultas: fortiuʒ ad de biles. Aperta mora dicit᷑. ipsius pulsus. Occulta more ipsius qui/ etis inter duos pulsus existentis. Fit itaqʒ incidens z decidẽs fm ꝓportionẽ temporis ad tempus: si mora precedentis pulsus sit mi nor q̃ʒ subsequentis pulsus dicit᷑ decidens. Si mora sequentis sit maior q̃ʒ mora precedentis dicitur incidens: ꝙ fm rationẽ assigna tam intelligendū est. Pulsus decidens ab auctore comparat᷑ pedi dactilo: qꝛ sicut dactilus a longa z aperta integra syllaba incipiẽs declinat in breues. sic pulsus decidens ab apertis moris tendit in occultas. ¶ Passim. idest sursum z deorsuʒ deprimitur. ¶ Ab alto .i. aptis differẽtijs moris. Et pede dactili. i. more dactilico. ¶ Et qui deficiens. Assignatio est incidentis. ¶ Surgit. prius deficiẽs. ¶ Viresqʒ resumit. idest de occultis differentijs in aptas quousqʒ in nullo deficiat. z est iudicium nature resurgentis z vires resu mentis. ¶ Notatur. idest attendit᷑ quātū ad originẽ. ¶ Ex collati/ ua thesiū. idest ꝓportione morarū que sunt more dilatationuʒ z the sium. Ille eñi more attendunt᷑ z perpendunt᷑ fm diastolem z sisto/ lem. ¶ Tāqʒ pcipuis. Assignatis octo generibꝫ que sunt pria z pri/ cipalia assignat originem duorū extremorū. s. noni et decimi q̄ sunt accidentalia z principalibꝫ adiuncta. ¶ Adiuncta. Nonū est equa/ le: et inequale decimū ordinatum z inordinatum. Philaret⁹ equa/ le septimū tñ ordinatū octauum ponit. ¶ Discors vel consonus. i. equale vel inequale. ¶ Unus ordo. quātū ad ordinatum. ¶ Vel aduersus. idest inordinatus. Verū qꝛ fm rōnem numerorū z cō/ putationū ordinatio vel inordinatio considerat᷑. Non eñi duo debi les pulsus vel tres vel quattuor nec vnus inordiatus modo inter/ serunt᷑ duobus magnis z fortibꝫ: z multis alijs differẽtibꝫ modis fm nūeroꝝ diuersitatẽ interponūtur diuersi pulsus pluribꝫ alioꝝ gñerū: ideoqʒ fm numeri rationẽ dixim⁹ ordiatū z inordiatū nūeri

attendendũ. Quid autem sit equalis pulsus quid inequalis quid ordiat⁹ q̃d inordinat⁹: vtrũ ordinat⁹ sit equalis vel nõ vtrũ oĩs iordiat⁹ sit iequalis: ꝛ quot sunt species iequalis iordiati iferi⁹ patebit vbi ponãtur diffinitiões ꝛ significatões singuloꝝ generum.

¶ De descriptione pulsus magni et parui.

Augmentata facit magnum dimensio trina.
Paruum si parua: medium mediocriter aucta.
In longum latum magnus consurgit ꝛ altum.
Paruus in occultum strictum cadit atq; recisum.
Qui medium sequitur merito mediocris habetur.

¶ Assignatis gñerib⁹ pulsuũ ꝛ originib⁹ coꝝ vt de gñerib⁹ pulsuũ euidẽtioꝛ cõstituat̃ doctrĩa: vniuscuiusq; gñeris suã põit diffinitionẽ. Et p̄io diffinit magnũ pulsuz. Est itaq; magn⁹ pulsus: q̃ ſm q̃titatẽ triũ dimẽsionũ attendit̃: longitudĩe latitudĩe ꝛ ꝓfũditate. Modũ trãscẽdẽs dr magn⁹. Ad h̃ igit̃ vt sit magn⁹ puls⁹ oportet q̄ sit long⁹ latus ꝛ ꝓfundus. Paru⁹ ꝑ contrariũ intelligit̃ q̃ nõ sit lõgus latus nec ꝓfundus. Littera patet. Paruũ si parua. idest trina dimensio diminuta facit paruũ: ꝛ patit̃ detrimẽtũ quãtitatis i longitudĩe ſm curtitudinẽ in latitudine ſm stricturã. in ꝓfunditate ꝑ residentiã. i. ſm sui incertã reuolutionez. ¶ Mediuz. idest mediocrem pulsuz facit trina dimẽsio. ¶ Aucta mediocrit̃. i. seruans mediocritatem: vt si nõ excedat in aliqua dimensione.

¶ De longo pulsu.

Longus ventriculos digitorum quattuoꝛ exit.
Subsistit mutilus mediusq; fit omnibus equus.
In latum digitos latus tenet eminet altus.
Occurrit gracilis strictus residetq; profundus.

¶ Magnũ pulsũ diffiniuerat ꝑ excessuz trine dimẽsionis. s. lõgitudine latitudĩe ꝛ ꝓfũditate: ideo vt pateat euidẽti⁹ q̃d sit magn⁹ diffinit q̃d sit long⁹ lat⁹ ꝛ ꝓfund⁹. quibus cognitis cũ ex eis cõponat̃ magn⁹ ꝑfecte innotescit. Quid sit magn⁹ ex ꝓprietatibus eĩn partium inuestigatis toti⁹ declarabitur natura. Longus pulsus est ille q̃. ¶ Exit. idest excedit. ¶ Uentriculos. idest apices ꝛ summita-

tes. ¶ Digitorum quattuor. supra longitudinem arterie porrecto
rum. Cũ eñ sentiatur in ventriculis quattuo digitorũ posset sen
tiri quinqȝ vel sex si essent positi. Posita diffinitiõe longi ponit dif-
finitionem curti ci⁹ cõtrarij. ¶ Subsistit. i. exceditur a ventriculis
quattuor digitorum. Cuȝ eñ sentitur in primo in secũdo in tertio in
quarto nõ sentit̃. ¶ Mutilus. idest curt⁹ est: qm̃ mutilat̃ fm lõgi-
tudinẽ. ¶ Medius. i. mediocris inter extremitates fit. ¶ Omnibꝫ
idest digitis. ¶ Equus. in quãtũ nõ excedit nec exceditur. ¶ In la
tũ. Diffinit latum qui ꝛ cuȝ longo cito currit ad faciendũ magnũ
pulsum. ¶ Latus tenet digitos. Qui exit ventriculos digitorum
fm latitudinem. ¶ Altus. pulsus q̃ fm altitudinẽ cõsiderat̃ quã-
do. s. multum eleuatur arteria et a centro recedit ex vehementi im
pulsu spiritus. Eminet. idest eleuatus est eminens ꝛ aptus. ¶ Oc
currit. idest nõ morat̃ in latitudine qui nõ tantũ occupat ꝛ erigit
latitudinẽ digitorum sed exceditur quasi in modũ gracilis funiculi
occurrit. ¶ Profund⁹. idest occultus qui cõtrari⁹ est alto. ¶ Resi
det. idest vicinatur centro intellecta mediocritate ĩter extremita-
tes: qui. s. non excedit in latitudine nec exceditur. Et nota ꝙ mul-
tis modis possunt narrari hec differentie cõstrictio lõg⁹ vt longus
cũ mediocri Itẽ latus ꝛ strict⁹ cõponũtur. Itẽ latus cũ aperto ꝛ cũ
occulto aut mediocri inter duo. Sed nullus curtus strictus vel oc
cultus magnus est.

¶ De forti et debili pulsu.

Constituit validum sociata frequentia magno.
Surgit ab oppositis species contraria causis.

¶ Egit de prio gñe pulsuuȝ ꝙ est magn⁹ paru⁹ mediocris fm di-
uersitatẽ suarum cõpositionũ. Cõsequẽter agit de scdo. i. de forti de-
bili ꝛ mediocri qd̃ habet ptinere ad quãtitatẽ motiõis arterie. Cũ
autẽ sit tercium fm Philaretũ ꝛ Constãtinũ: tamen a nobis secũ-
dũ ordinatur. qꝛ talem ordinẽ ei appropriauit arctatio metrice rati
onis. Fortis itaqȝ cõponit̃ ex duobꝫ magno ꝛ frequẽti. i. veloci. Di
cit nãqȝ Philaretus: ꝙ frequentia accipiens magnitudinem vali-
dum facit: sed pro frequentia intelligitur velocitas. Si enim fre-
quentia intelligatur: cum fiat ex debilitate virtutis ꝛ fortitudine
caloris expectentis magnitudinem refrigerationis virtus debilis
q̃ nõ sufficit aerẽ attrahere semel q̃ possit refrigerare oportet ꝙ de
fectũ quãtitis suppleat vicissitudo ꝛ repetitio numerose actõis: nõ

frequentiam non poterit tollerare fortis pulsus ꝓpter contrarieta tem causarum. Est itaq3 fortis pulsus compositus ex magno ꝛ ve loci: magno q2 multum eleuat arteriā ꝛ a centro recedere cogit et in longitudinē diffunditur ꝑm latum digitos attingit. ex veloci q2 incohata percussione cito suum motū complet: ꝛ consequitur. ꝛ hͦ ē qđ in littera tāgit. ¶ Species cōtraria. i. pulsus debilis. ¶ Sur git. idest procedit. ¶ Ab oppositis causis. idest calori debili ꝛ imbe cilli virtute ꝛ debilitate spirituum.

¶ De veloci pulsu et tardo.

Arsis lenta parit tardum. festina citatum.
Si pulsent digitos: austero durat rigore.
Organa: disponunt durum. si lassa remissum.

¶ Ponit noticiam secundi generis. i. velocis tardi mediocris: qđ a nobis tamen tercio loco assignatur. Et ptinet hoc genus ad quan titatē motionis arterie: et attenditur ex tpe vel quātitate motiōis Est itaq3 velox pulsus ꝑm Constantinū: qui in modico tēpore spa cium ptransit: qñ. s. incohata ꝑcussio cito complet. Et est tardus q̄ modicum spaciū ptransit in multo tēpore: qñ. s. motio incohata lō go tempore perficitur. Mediocris inter extrema medius conside ratur. ¶ Arsis. i. dilatatio. ¶ Lenta. que multū tempus cōsumit in sua constrictione. ¶ Si pulsent. tribus generibꝫ pulsuum que a prima consideratione nascuntur ꝓpriis diffinitōibꝫ declaratis po nit noticias ꝛ diffinitiones aliorum. Primo agit de illis q̄ a secūda consideratione nascunt et sumūtur ꝛ ptinent ad consistentiā orga ni: que sunt durum molle mediocre. plenū vacuum mediocre: cali dum frigidū mediocre. Est itaq3 durus pulsus qui dum digitis tangitur: occurrit arteria dura et rigida. ꝛ quasi funiculi tensi sen tiuntur Mollis quando mollis sentitur arteria.. Et videt durus esse fortis. sed non est ita. Fortis em̄ ꝑm Constantinū vascula dila tat: vt quasi inanita reddantur. durus est ꝛ asper q2 virtuti nō ob temperat membri duricies: vt dilatari queat. ¶ Si organa. i. arte rie. ¶ Pulsent. s. digitos ꝛ ventriculos digitorum. Austero dura. idest cum duricie ꝛ rigiditate distendendi. ¶ Si lapsa. idest quodā modo lassitate ꝛ suauitate sentitur: Sic em̄ glosat Constantinus.. vt videantur digiti ab eis penetrari.

¶ De pulsu pleno et vacuo.

Si cedat: vacuum: si constat turgida plenum.
Pulsum disponit calidum calor arterialis.
Frigidus occurrit subiecti frigore membri

¶ Notificat per descriptionem qd sit quintū gen⁹. s. plenū vacuū. Est ergo plenus. qui turgidus quodā humore redūdante videtur Vacuus qui apparet quasi inflatus: sed statim cū tangit̄ tanq̄ vacuus a digitis sentitur. Et pertinet hoc quintum genus ad figurā & habitudinē organi. in vacuitate & plenitudine. ¶ Pulsū disponit Assignat noticiā sexti generis qd est calidū frigidū mediocre. qd cū cōditionibꝫ p̄cedentibꝫ ad cōsistentiā arterie ptinet. Est enī arteria huius cōsistentie q̄ sentit̄ calida aut frigida: licet enī calor arterie cōtrahat̄ ex spiritu feruido et sanguine intra contento: tamē qualitas inde p̄ueniēs est ipsius arterie dispositio. ¶ Calor arterialis. idest pulsus calidus: cū digitorum extremitates arteriā calidam sentiunt. Frigidus vero cōtrario modo.

¶ De medijs pulsibus.

Cum reliquę species aliquo mediante legentur.
Iungitur in valido fortis. discrimine nullo.
Equus inequali. causam compaginis huius.
Soluant qui dirimunt latebrosa enigmata rerum.

¶ Quoniam assignatione predictorum gn̄erū auctor aliquando assignauit media extremorū quandoq̄ inter aliqua extrema nullum mediū posuit. ideo in hoc capitulo ostendit hoc esse declarandum inuestigādū & reliquendū examini & discutioni phicorū quorum enigmaticas est soluere rationes: et tales ambiguitates soluere & enodare. Qd autē ab auctore pretermissum est: nos qui sumus eius interpretes & eius vicarij supplemus defectū. Dico ergo q̄ omnia illa extrema que adiuncta sunt distēperatis sicut magnum paruū curtum longū latū strictum apertū velox tardū frequens rarū conuenientiam habent. de vna nāq̄ differentia ad aliam cōtrariā per medium temperamentum fit trāsitus. magnus enī mediocrem excedens in trina dimensione supra modum diminutus monstrat distemperantiam: q: defectū caloris & imbecillita

tem spiritus. Ecce isti pulsus notant distemperantias cõtrarias vnꝰ excessuȝ alius defectũ. Inter excessum ꝛ defectuȝ mediũ est qđ ꝑ ambiguitateȝ vel abnegationẽ describiꝛ extremoꝝ. qđ. s. nec est in excessu nec in defectu: illud temperatum est. ꝛ ita medium inter magnũ et paruũ. similiter inter curtũ ꝛ longuȝ. ꝛ inter alia extre/ma quecũqꝫ applicanꝛ distemperantijs: secus est de forti ꝛ de bili. nam si inter forte ꝛ debile est mediocre. cũ omñe mediũ est tẽperatuȝ et omñe temperatũ sanitati additũ est: ergo illud mediocre sanum. Sꝫ interim forte sanuȝ est. ꝛ q̃to fortius tanto sanius. ꝛ fortitudie nõ fit excessus: nec in virtute nec in bonitate mentis fit excessꝰ mẽ/tis. Et habeꝛ hinc ꝙ vnũ extremoꝝ excedit suuȝ medium in tem/perantia ꝛ sanitate. Sꝫ omñe mediocre temperatũ inter duo extre/ma. Si verũ est mediũ vtrīqꝫ extremoꝝ magis temperatũ ꝛ sanũ est. Item si mediocre est inter forte ꝛ debile illud genus nec forte ẽ nec debile: sꝫ extra tẽperamẽtũ. Item pulsus nũq̃ꝫ est fortis: nisi ex tenore virtutis: ꝛ in debilem trãsit nullo medio a magis forti: vel ꝑ multos medios minus fortes vsqꝫ ad vltimã remissiõeȝ fortitudis transit in debilẽ. Et ille minꝰ fortis q̃ mediãte trãsit magis fortis in debilẽ. fortis gñe nõ est mediũ ĩter fortẽ ꝛ debilẽ: quia sic nõ esset fortis nec debilis. fortis em̃ quoddã genꝰ est ꝼm suaȝ latitudinem. Sicut ḡ inter virtutẽ ꝛ vitiũ nulluȝ est mediũ. Sic inter fortẽ ꝛ de/bilem nõ est mediũ. Item equale ꝛ inequale nõ hñt mediũ. nã si sic illud nõ esset equale nec inequale. sed quicq̃d equale est vni inequa le est alteri. Ab equali em̃ fit trãsitꝰ ad inequale nullo mediante: et ecõuerso. Itẽ esse equale ẽ sanũ esse ꝛ tẽpatũ ꝼm naturã: nisi sit in malo: sicut equalitas ptysico pulsu. Omñe aũt ĩequale est distẽpera tuȝ ꝼm naturã ex morbo cõtingens. Similiꝛ ordiatũ ꝛ inordiatuȝ nõ hñt medium. Itẽ pulsus similiꝛ incidẽs et decidẽs non hñt me diũ qm̃ incidẽs fit ex cõtemperantia ꝛ cõfortatione virtutis: deci/dens ex cõtrarijs. Inter tẽperatũ intemperatuȝ: inter cõfortatio/nẽ et defectũ nullum est mediuȝ. vnde si sic non esset temperamen/tum nec intẽperamẽtum nec forte nec debile: quod est incõueniẽs. ¶ Relique species. Pulsus assignatorum generum sicut magnuȝ paruum velox tardum frequens rarum. ¶ Ligentur vel leguntꝛ idest assignantur ꝼm copulam alicuius medij. ¶ Fortis. pulsus quia fit ex tꝑamento ꝛ tenore virtutis. ¶ Iungitur. idest copulaꝛ ¶ In vallido. qui fit ex debilitate virtutis. ¶ Nullo discrimine. Sine interpollatiõe medij. Similiter: ¶ Equus. idest equalis pul sus iungitur sine medio. ¶ Causam compaginis hic soluãt: Cuȝ

debet causam assignare de priuatione medij mittit nos ad discussi/onem philosophorum quorum est talia rimari. ¶ Compaginis. i. colligationis extremorum. ¶ Soluant. philosophi. ¶ Qui dirimũ, idest soluunt. ¶ Enigmata. idest q̃stiones obscuras ꝛ tenebrosas.

¶ De pulsu frequenti et rato.

Si raptu subito morule discrimine paruo.
Arsim mulplicet series numerosa frequentem.
Constituit pulsum. species contraria rarum.

¶ Hucusq; posuit doctrinã de sex generibus pulsuum: quorum tria pertinent ad proprietatem motionis. s. vnum ad quantitatẽ. s. magnũ paruũ medium. Duo ad qualitatẽ. s. velox tardus mediocris forte debile mediocre. Alia tria pertinent ad constantiã organi vel figuram. s. durum molle mediocre: plenũ vacuũ mediocre: calidum frigidũ mediocre. Nunc diffinit septimũ gen'. Ex tẽpore quietis. ꝛ attenditur inter duas diastoles quod est frequens ꝛ rarũ. ¶ Si subito series numerosa. i. crebra ꝛ numerosa repetitio dilatationũ ¶ Multiplicet. Continue replicando iteret. ¶ Arsim. idest diastolem. Paruo discrimine. idest modica mora quietis interpollata inter vnam diastolem ꝛ aliam. ¶ Subito raptu. idest motione raptim iterata. ¶ Contraria species. idest contraria dispositio facit rarũ pulsum.

De incidenti ꝛ decidenti pusu.

Deciduus modulis ex fortibus ꝛ manifestis.
Sensum degenerans tacito pede tendit ad ima.
Vergit in occultum satagens euadere sensum.
Inciduus surgit: respirans tendit in altum.
Deserit occultum sibi consiliat manifestum

¶ Ponit noticiam octaui generis. idest incidentis ꝛ decidentis qđ attenditur ẜm collationem morarum ad moras: occultarũ ad apertas: fortium ad debiles. Aperta mora est quando pulsus sensui occurrit: idest quando arteria dilatat̃ ita q᷑ eius motio aperte sentit̃ Occulta quãdo dilatatio est ita occulta ꝛ vicina cẽtro q᷑ vel sensum effugit: vel parũ immutat. Secundum ergo collationem morarum ad moras incidentia vel decidentia notatur: qđ expresse docuimus

superius in distinctiōe generū decima: qd iterare non oportet. Si obijciat de cauda soricina finitiua q est pulsus decidēs: nā pulsus decidēs patet largius. pōt em̄ decidēs pulsus inueniri vbi nō est cauda soricina finitiua: vt si post decē fortes fiat vna debilis: z facta cōputatiōe de illa post octo fortes seq̄r vna debilis: postea desinet circa septimā: postea in quarta: postea in scd'a: postea i toto deficiat Reuera soricinus quidē cōtinet caudā finitiuā. Sed ille decidēs de quo hic agit habet plures moras z interpollat plures debiles paulatim quousq; nulle aperte cōcurrāt. Sed cauda finitiua tāq̄ ab occultis resurgit in fortes aptas. Sed ab occultis cōtinue tē-dit in altiores. ¶ Modulis. i. motibus aptis. ¶ Sēsu degenerās. idest paulatim declinās. ¶ Inciduus. idest incidēs p maiorationē sui in notitiā sensus cadēs. ¶ Surgit respirās. idest in naturā insurgere vel resurgere: z respiramīa z vires significat resumere

De equali z inequali pulsu.

Firmus z oppositi fugiens cōmertia motus.
Permanet equalis seruato iure tenoris

¶ Postq̄ executus ē de octo generib' principalibus agit de nono z decimo: que sunt annexa et adiuncta principalibus. s. de equali z inequali: ordinato z inordinato. Equalis est cui' pcussio est equalis z vniformis tenoris in digitoꝝ extremitatibus: vt si magnus: velox fortis frequēs mollis plenus z eis mediocris: nullā in qualitate vel q̄titate vel tēpore motionis vel numero motionis diuersitatē recipiēs. Equalis diuidit. Nam quidā est absolute equalis qui qualitatē seruat in oībus dictis differētijs: de quo dictū est iā Alius est equalis fm qd vt sit equalis magnitudinis: sed modo velox modo tardus sentit. Itē qui equalis est in paruitate vel debilitate huiusmodi pulsus est equalis in hoc: sed nō est equalis absolute. Inequalis est quicūq; recipit oppositā differētiā. Inequalis aūt alius absolute vt qui est inequalis in oībus gn̄ibus: alius in vno genere z nō in alio: z fm illud q̄ equalis d'r. ¶ Fugiēs. idest nullā societatē recipiēs cū opposita differētia. Et talis ē absolute equalis si in bonis pseueret differētijs. Sz pōt esse equalis in malis pcussiōib' vt in puitate z debilitate. Et talis nō est equalis simpliciter vel absolute sed equalis in hoc vel fm quid: vel equalis in malo: z ppt' tales qualitates excludēdas apponitur. ¶ Firmus.

Qui eñi manet in paruitate vniformis nõ ex firmitate nature est: sed ex debilitate potius quicunq3 ergo firmus est ex nature firmitate z virtutis proueniens: z seruans vniformẽ tenorẽ in omnibus generibus est equalis simpliciter.

De inequali pulsu.

Degener instabilis nec eodem tramite currens.
Mutat inequalis dubijs moderatus habenis.

¶ Notificat inequale. ¶ Degener. idest ab equalitate degenerãs p administratiõe3. i. p assumptionẽ cõtrarie differẽtie. ¶ Instabilis. q3 nõ seruat statũ vni9 tenoris. ¶ Nec eodẽ tramite currens. q3 trãsit p vias diuersas oppositoꝝ generu3. ¶ Mutat. s. modo retardãs modo festinãs ꝓcedit rituant de magno in puũ de forti in debilẽ. ¶ Moderatus. i. agitatus. ¶ Dubijs habenis. ¶ Metaphora ẽ sumpta ab aliquo q̃ nõ bene nouit regere z frenare equũ.

De ordinato z inordinato pulsu.

Distinctis gradibus mutatur in ordine recto.
Transit in oppositũ qui nomen ab ordine sumit.

¶ Ponit notitiã decimi gñis qđ est ordinatũ z inordiatũ. Et nota ꝙ ois eq̃lis ẽ ordinat9 vbi eñi ẽ eq̃litas ibi ẽ ordo: s3 nõ cõuertit. Nã ordiatoꝝ aliud eq̃le aliud ineq̃le. nõ ois ineq̃lis inordiat9 est. Nã ineq̃liũ alius ordinat9 alius inordiat9. ois inordiat9 est ineq̃lis. inequalis ordiat9 est: q̃ recipit dr̃iam oppositã diuersi: gñis oppositi. Ordinat9 tñ q̃ q̃si gradatim z ꝯm ꝓportionẽ vniformis gradus ẽ. qñ. s. bitudo sequẽtiũ pcussionũ i sua ieq̃litate cõformat bitudini pcedẽtiũ: vt si sint octo pulsus cõtinue fortes z non9 debilis: iterũ octo fortes z non9 debilis z si lõgo tpe ꝓcedat bitudo pulsuũ: licet mltis alijs modis variãdũ: tñ bitudines mutationũ rñdeãt sibi. põt etiã dici ieq̃lis ordiat9 pulsus: tñ ẽ cauda soricina finitiua. pria pcussio magna ẽ. scđa minor pria: z sic graduali tramite z ꝓportionabilit rẽdit paulati in defectiõe q̃usq3 nõ sentiat. Similit cauda retornatiua a defectiõe regradiẽti ꝓportiõabilit in magnitudie ordinatio cõsiderari põt. Istas tñ spẽs ponim9 sub eq̃lit ordiato. Et l3 fiãt q̃nq3 ꝯm cõsiderationẽ ordis z bitudinẽ raro tñ nec in ea p/

manēt sȝ freqntius fiūt p cōfusionē ⁊ extra ordiatū tumultū iordinatiōis ineqlis. Inordiat⁹ in oib⁹ gn̄ib⁹ p̄dictis inuenit̄: vt si duo magni vn⁹ puus alter medius: aut duo pui vn⁹ medi⁹ alter puus vn⁹ medius alter magnus cui succedit puus. ¶ Distinctis ſm ordines ⁊ proportiones gradus. ¶ Qui nomen. idest ordinatus.

De inequali ⁊ inordinato ⁊ priuato pulsu.

Qui priuatiue censetur ab origine leges.
Ordine precedit preceps est ⁊ sine lege.
Spargitur extremum genus in numero specierum.
Que sibi mendicant peregrina vocabula rerum.
Quas collatiua ratio sibi federis vnit.

¶ Determinatur de ordine ſm priuationē. Inequale inordinatū diuidit in species suas: ⁊ eas mox enumerat de quibus in sequentibus dicetur quando ipsaruȝ instabit tractatus: has designans species a nominibus animaliū vel instrumentorū vel aliarū rerū cum quibus habent similitudinē. Dicit̄ aūt caprizans a capra: et formicans a formica: ⁊ sic de alijs. Rationes appellationū dicētur infra: ¶ Extremū genus. idest inordinatū inequale. ¶ Spargit̄ idest sparsim ⁊ varie distribuitur. ¶ In numero specieruȝ. idest in multas species: que sub certo numero clauduntur. ¶ Que. s. species. ¶. Mendicant. idest ppter mendicitatem ⁊ penuriam vocabulorum sibi mendicant. Nam lingua latina est in verbis egena ¶ Peregrina. Animalium vel instrumentoruȝ ⁊ aliarum rerum non omnium sed similium sibi ⁊ huiusmodi. ¶ Quas. idest res. ¶ Vnit. idest assimilat sibi ⁊ cōformat. ¶ Ratio. idest proportio ¶ Collatiua federis. idest collatiua similitudinis.

De speciebus pulsus inordinati inequalis.

